



P. d. 133

Theologie
M. v. 44. 387.

Hex minuta namm by - 2

De quattuor heresiarchis

ordinis Predicatorum de Obser-

uantia nuncupatorū . apud

Suitēses in ciuitate Ver-

nensi cōbustis . An-

no Christi

M. D. XX.

A
M.



Ad Joannē Scotū doc. subtilē.

Concepta est virgo primi sine labe parentis

Hic tulit. hic heresi prelia dira dedit:

Inde gen^o meriti tantū sibi papa refundens

Doctor subtilis dicitur utq; dedit.

Trin Gasparis massachusensis Canonici p 1576

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, written in a medieval script.

Handwritten text block below the title, containing several lines of text in a medieval script.



Handwritten text block below the illustration, containing several lines of text in a medieval script.

Magnificis nobilibusq; senatoribus et pa-
tricijs magistratuiq; inclyte ciuitatis Ber-
nen.

S A L U T E M

Si Christo iesu saluatori simus credituri. senatores
clarissimi. sacrosanctę Petri nauiculā et si varijs turbi-
nibus procellisq; quassatā. ex toto tamē labituram nō
simus in eternuz speraturi. Precavit id quidem diuina
clementia. ne insano mari circūquaq; fremēti hec san-
cta nauicula penitus intereat. et vt portus fidissimus oc-
currit fluctuanti et e propinquo periclitanti. cum sit ip-
se infinita bonitate et misericordia sua. fideles suos in
eterna gaudia vehiturus. Rogauit. inquit. pro te Petre
vt non deficiat fides tua. Huic inq; nauicule hoc nostro
tempore. Julius secundus pontifex maximus in fidei
nauta. patronus et rector discretissimus. qui excitatissi-
mo inq; nio naufragia precaueat. pericula tollat. et vē-
tos effrenes in eolum antrum nunq; exituros includat
atq; ne resurgant. saxa procul obiciat. At sunt in hoc
nostro mari magno et spaciofo reptilia. quorum non ē
numerus infinita pericula. scyila. Carybdis. vada. scro-
puli. et saxa. et vt simul claudam. pugnaq; et nō olestra
nauigatio. Neq; id mirum videri debet. cum pro celesti
eterno et immortal. temperaneo labore miūtemus. De-
seuit itaq; et in Christi nauiculam grassatus est draco
tererrimus. ex periculoso pelago pectus superbū eri-
gens. hostiū more trux atq; cruentus in vestram ciui-
tatem furens. que non tam letu q; eiulatu recenseo. vir-
sum letiferum in germano et natali solo efferbuisse. in
flammasse. incendiisse. que procul dubio scintille ac vene-
nata plantaria in ignes q; maximos excreuissent. vbi
vestra prudentia. fide. et vigilantia non fuisset obuiatū.

9 11

Scitis quid velim. nam sub oculis vestris res gesta est. Draco is est nocentissima et hactenus nunquam excogitata heresis. sollicita vestra perurgiliq; custodia igne deleta. eradicata funditus. et radicibus euulsa. O viri bone O prudentes homines. O strenui sancte nauicule defensores. atq; sacrate fidei antemurale firmissimum. Boni inquam boni et ex omni parte solliciti. que sibilantia iam hodie fulmina. iam iam vibrantia ora compescuistis. ne veteroneis heresum morsibus in Jesu Christi nauiculam. et gloriose virginis marie dignitatem debacharetur. Remoremur hic paulisper: et emeritos viros digna laude prosequamur. quoniam enim fueritis in veritatis perquisitione prouidi feruentes. constantesq; id argumenti est. quod duobus ferme annorum curriculum in tantis sceleris persecutione non estis fatigati. fueruntq; vos supra. xx. milia florenorum expendisse: Tanti apud vos est fides. iusticia et equitas. ut non tedeat tantam non dico summam expendere. sed et commendatissima prodigalitate etiam non piget profudisse. quod deniq; fueritis in iuris processu formales et sapientes. si ita iubet dici prudentia ordinatissimi quis non videat. Quando primo pontificem vestrum Aymonem ordinarium in huius rei noue peruestigationem prouocastis. Insuper sacrosanctam sedem apostolicam decreuistis studiosissime consulendam. Ecce libramen sollerti scientia iustissimum. ecce processum magno consilio ordinatissimum. formalissimum. Que non ego tam ob vestras commendationes refero. quoniam ut aduersariorum in angulis delatantium occudam ora mendacissima draconem teterimum. hoc est. quatuor illos heresiarchas igne delcuisistis. sed eorum venenata sementaria non ex toto pulistis. nam insanientium

reba. O Ne quid ignis babiloniam ne qd

confusionis adolescat. Iubet rē s. riem ordinemq; recē
sere ¶ Julius secundus pontifex maximus. quē istuā
ti mari & naufrago ponto. ut vergiliū loquar. diuuz pa
ter atq; hominū rex Et mulcere dedit fluctus et touere
vento. Regemq; dedit qui sedere certo. Et premere et
laxas sciret dare iussus habenas. Rex igitur hic noscer
sanc e Petri nauicule grat e hoc vitiorū contagiū ingru
ere atq; grassari prospiciens. cuius quidam in cū due
et nunq; cogitate Heres letū venena. pericula voce di
cere nō possumus. nec vlla facundia enodare Tenet me
stupor. tenet me extasis. qū rē tam nefariam. non di
co a chisticolis. nec a religiosis. sed ab his quos observa
tes aiunt. quorū vitam. famam. religionem omni ex
parte predicant rotūdā. politam. nitidam. cernimus
fuisse patratam. O deus. polluerunt templū sanctū tuū
viri domestici tui. qui te osculantur tradiderūt te. qui te
cum panem manducabant leuarunt aduersum te calca
neū suū. Sed qui. quos tanta dicunt deuotionis resplē
dentia nitescere. ut tanto nitore necesse sit etiam obfus
cari solem. lunam. stellas. Sed heu obstrebratū est infi
piens cor corū. Ad patronum rideo. qui tantam sidare
cupiens perfidiam. hominem misit et rerū et exemplo
rū pericissimū Achillem grassit Castelle pontificem bene
meritū. Et vere arbitrati meo. aduersus tantā greco
rum luxuriam. molestiam. pugnam non nisi Achilles
mittendus fuerat. qui ratione staret et prudentia nō vic
tus semper Achilles. Ne me fefellit opinio. q̄ enim fue
rit in inquirendo prouidus. in indicādo iustissimus nul
lus est qui ignorat. Neq; id tam suo laudi tribuo. q̄ ro
mani pontificis diligentie. qui tanto bello non nisi Achil
lem prefecit ducem et induperatorem. Is inq; ingenti
s iij

victoria superbum illum. hoc est. quattuor illos heresi
archas draconem terribilimum igne deleuit. consump-
sit flamma. et eradicauit incendio. At nunc deleta Tro-
ia. igne consumpta heresi nequissima profugi turcri-
nam supra insanientium turbam esse diximus. menda-
cia spargunt. sacrosanctam sedem apostolicam contami-
nant Achilli conuiciantur Mendacia inquam mendacia.
nam illos quattuor martyres esse. hoc est. testes verita-
tis aperta voce ementiuntur. a sancta sede apostolica in-
iuste damnatos. ab Achille nequiter iudicatos. a Ben-
nensi consulatu potentia detentos. preter ius. fas et equi-
tatem. facta que sunt posteriora priora prioribus. Nec ea
contumelia saturati. sepultis pontificibus romanis non
pepercere. Alexandrum inquam sextum romanum quondam
pontificem maximum. in purgatorij penis aiunt deimeri.
qui Hieronymum quendam ferrariensem ordinis predi-
catorum de obseruantia nuncupatorum. heresi archam pi-
ssimum similiter igne deleuit. et vna cum complicibus suis fla-
mis incendere iussit. Intuitus sum et quidem oculis
cordis mei. tam sancte sedis insignem contumeliam pon-
tificum trium in causa iudicium tam diligentem circumspecti-
onem. senatus tam prouidi nunquam meritam iniuriam.
quorum reuerentia et amore immo verius debita defensionem.
quam sedi apostolice eque ut obedientiam tenemus
et promittimus. hanc scribendi prouintiam subiunimus
nulla unquam usurpatione nostra. quo vel ipse aliorum cri-
men gaudeam ferre. sub auras. et vel litore. aut inuiten-
tia in sepultos iam cineres vindictam exercere. Cogita-
te attentius. ac diligentius perpendite. Quis est inquam.
qui non impatienter doleat. quando venerande sedi in
qua fidei primas. in qua Christi Jesu vicarius refidet

crimen audit iniusticie obijei. et de iudiciorū violentia in
simulari. **D** contumax et presūptuosa superbia. qua vti
vicariū in terris audes de innocentū oppressione accu
sare. **D** pfugi teneri. que ē vestra tam audax et nimis
temeraria presūptio. vt Menelai regis Helenā in vros
p̄hibitos hymeneos et amplex⁹ impios rapere nō dubi
tatis. Hoc est celi reginā. dū matrē totius humani gn̄is
spem et singulare refugium lacrimari. falso apparere. et
q̄z sit formosa ostendere vobis et genua et brachia finge
re non timuistis. quod nec leno quidē. non meretrix. nec
pellex in re seria vnq̄z factura esset. **D** troiani menda
ces virginem audetis tam sacrā. vt honori proprio de
trahar. ne sit in peccato originali concepta inducere. et
de se testimoniū prebere falsitatis. Nosti totius humani
generis demoni animas vestras ita subicistis. vt san
guine etiam proprio eidem homagium prestandū confir
maretis. quo in fassione vestra pro atramento vti non
estis perterriti Sacramentum corporis Christi. quo nō
est sacratius vllum. depingere. veneno praticare tox
icum. et homicidium patrare non timuistis. Alexan
dram de ales. Johannem Scotum non vulgatos do
ctores. in purgatorij penas. q̄ virginem beatissimam
munde conceptam aiunt. mendaciter intrusistis Pau
peres fratres minores preter omnem eorum in vos cul
pam e ciuitate pellere statuistis. vt crimen lese fraterni
tatis incurreretis. Nominem diuinis insignitum stig
matibus excogitastis. Piger dicere que vos impuden
tissimos et sceleratos homines facere non puduit. Nū
ne sūt die viri illi boni talia ac tāta patrātes q̄s inocuos
esse contenditis. martyres esse confirmatis. vt in illorū
iustis. una condemnatione. sanctam sedem apostolicam

de innocentium oppressione inculparetis . violatam iur-
sticiam . solamq; vel inuidiam . vel potentiam in eis
exercitam aperta voce doceretis . Ad bosmos confugi-
tis sedi romane alioquin molestos homines . quos facile
utpote voluntarios decipitis . Mouit me igitur reueren-
tia sancte sedis apostolice . presertim Julij regentis mo-
uit me . o Bernenses . vestra nunq; merita contumelia
mouit me deniq; trium pontificum fallax et mendosa
oblocutio . Hactenus tacita . in mille exemplaria multi-
plicare . et huius rei veritatem palam loqui . ac mani-
feste predicare . quo studeant viri scelerati de sede apostoli-
ca et eius legatis atq; commissariis . deq; prouido Se-
natus vestro modestius loqui . prestantius sentire . et ex-
cellentius opinari . Credo ego et quidem constantissime
huiusce fame sparsores . illorum defensores . romani pa-
pificis maximi publicos hostes . et tam scelerati facti par-
ticipes indubios . Si mea dicendi vehementia si eum
fortasse remordent presentia . hostes fidei hereticos ne-
quistimos offendere . persequi . opprimere meritorium
esse nulla vnq; ratione dubitamus . gaudemusq; hisce
viris sceleratis displicuisse . sacro tamen Predicatorum
ordini placere vehementer optamus . cui non sumus
in eternum iniuriam . molestiam aut contumeliam illa-
turi . Persequimur hereticos . non offendere volentes bo-
nos et sanctos . Si quis autem . quisquis fiet . prouin-
ciam illos defendendi subire non formidabit . sit mihi pub-
licus hostis . et sancte sedis apostolice osor et inimicus
similis illis mendax et hereticus . Valete felices senator-
es clarissimi . et honoris vestri defensorem diligite et de-
fendite .

Inteloquium.

Certatum est aliq̄z diu hostiliterq̄ congressuz in cam-
po litterario inter duos mendicantium ordines. Predi-
catorum videlicet et minorū fratru. conceptus ne Chri-
stifere virginis marie sacer fuerit. aut paterna sorde illit̄
qua dum concipimur et in vitales artus formamur. ut
sacra tradunt eloquia. defedamur. atq̄z parentis offen-
se iudicamur obnoxij. Fuere viri ex utroq̄z ordine non
vulgariter docti. qui sacram dei genitricem ausi sunt pa-
ternis fecibus contaminare. quod ne iudicaretur impi-
um et crudele. in eam defensionum sese receperunt. q̄ ca-
nonica scriptura. que nullo etiam dubitante ex spiritu
sancto est. id opinati sunt et docuerunt. nec proprio mo-
tu temeravisse illud sentire ac predicare. neq̄z illud usur-
pationi sue tribuendum putauerunt. ut eam tueantur
opinionem. que in sacris litteris. manifeste exprimitur.
doctorum sanctissimorum sentimento roboratur et per-
spicue rationis probatione fuleatur. Nec quondam ho-
minum communis erat sententia. et tam secularium q̄z
religiosorum individua doctrina et vnanimis predica-
tio.

Spinio minorū omnibus acceptior et ma-
gis pla de munda conceptione

At ubi creuit in ordine Minorum acumen ingenio-
rum docendiq̄z maiestas. cepissetq̄z perpendi opinio-
nis predictae impietas. deformatio et insolentia. a proprijs
doctoribus etiam sanctis probanda libertate recesserunt
propensiorisq̄z rationes secuti. munde conceptam do-
cuerunt. et nitidiori formatione tante virginis animula
creatam probare. prisorum rationes et nodos dissol-
uentes. ostenderunt ex canonicis scripturis exortam po-
tius violenter eam opinionem. q̄z in illis contineri. Qui dū

ceteris sic opinandi viam prebuere. adeo breui inoleuit
opinio. vt torrentis instar non modo sui ordinis fratres
sed totius Christiane plebicule corda mundaret. Super
hac re multos sententiam tulisse comertissimum est ex
dixeris nedum ordinibus. sed et nationibus. prebuisse
tamen de sacratissima virgine tam modeste sentiendi se
mentarium. vt nemo nostrum sit. qui ambigat fratres
minores primos pro virginis gloria et maiestate in me
dios hostes infilisse. ac in acie pugnantes viuaci dog
mate superbam goliath in singulare certamen non for
midarunt prouocare. Dicit in illis veritatis indago
vicit religio maior. animosiorq; pietas in totius huma
ni generis aduocatam. celi reginam. et singulare omni
um peccatorum asylum. vt fraternitatis iure dissolue
rent. Hoc est. diuini Bonaventuram. et priscos eorum
doctores. sui ordinis fratres non imitarentur. de viris
tam sanctis et humilibus nullatenus dubitantes si ad
huc mortali vescerentur aura. vna cum ipsis vberiore
veritate conperta indubie censuros. Conceptus igit
virginis maluerunt honorare. et summi dei parati hinc
decorem impendere. q; fraternitatis vinculo ordinisq;
am re. virginis tam in genue conceptus denigrare. nau
seabilem q; et fastidiosam euz priscis doctoribus opinio
nem tutari. imitari ac defendere.

¶ Fratres minores in opinando
nunq; fuisse pertinaces

¶ Quod ne quis arrogantie vel dissolutionis esse credi
derit. vt aut singulares videri pretenderint. aut sacro
predicatorum ordini reluctari. et cum illis de virtute ces
tare ac doctrine prestantia. id argumenti est. q; sedi apo
stolice detulerunt. atq; sancti senatus romani determi

nationi sese querulos obtulerunt. Nec verba sola in ven-
tos expuo. Subest inq[ue] veritas ipsa. pro qua videnda
ex multis adducatur vnus Johannes Scotus doctor
subtilis. qui euidentissimum nobis preb. bit testimoniū.
Potuit. inquit in suo tertio scripto dis. i. p. fecisse deus. vt
in vno instanti peccato fuisset obnoxia. potuisset q[ue] ali-
quo in tempore. v. l. in nullo. q[ue] autem hoc factum sit.
ipse ait. deus nouit. At si auctoritati ecclesie. vel auctori-
tati scripture no[n] repugnet. videtur probabile. & uod ex-
cellentius est attribucere marie. Ecce sermonum proba-
to viro dignissimum. cui tam meritam sedi apostolice de-
ruit reuerentiam. et canonicè scripture integritatem.
Hinc autem totus sacer minorum ordo concedit. hunc
imitantur duccem atq[ue] rectorem. Quo clare patet. nul-
lam hinc colligi pertinaciam. nullam cum Predicatori-
bus certandi cupiditatem. sed veritatis diligentia. virgi-
nifq[ue] dilectione et amore in hunc litterarium cursum de-
scenisse. illa docuisse publice predicare solitos. non in
Predicatorum contemptum. sed tam vere florentis ac
venuste opinionis augmentum. & ue nos ad sacrata vir-
ginum mire deuotionis dulcedine inflammat. ac future
aduocationis sue spem auget. fiduciam firmat. Quid
tamen hec. Nescio enim que procella. quis me fluctu
huc deriuauit Non quippe disputandi prouinciam. sus-
cepimus. cum non nesciam. eiusce rei astutiā maiore vis-
borum elucidatione egere.

Admiranda. sed peruersa quorundam
pseudo predicatorum pertinacia
Hinc ergo opinioni. & ue etiam ipsoru[m] testimonio ma-
gis pia dinoscitur. quidam procatius q[ue] in hisce dispu-
tationibus fieri assolet contradicentis. eo sunt effusi. in ca-

indignationem effere. et pro sua opinione futanda
vitam igni. et a demoni animas suas sanguine proprio
commendarint. Que maior pertinacia dici poterit. aut
que durior cogitari. Sed ne cui vim inferre videremur
Vnde in tantam duritiam dilapsi fuerint palam eloqui
non pigritabor. Fecit id quidam glorie appetentia immo
deratius appetita. hi namque quorum heu tristem reci
tamus Historiam. ex ordine Predicatorum qui de obser
uantia dicti sunt fuere. quod genus hominum ferunt
alio quin glorie et in foro salutationum cupidissimum de
m. his ego loquor. qui fratrum minorum honores com
mendationesque. utpote eorum qui tam sacre rei prebue
re sementarium pietatis indigne tulerunt. Cholera quo
que suam regere nescientes. causa fraude suis confratri
bus ordinis Minorum officere conati sunt. nulla penit
tus laessiti iniuria. Liqueat igitur probabiles esse utras
que vias existimatio tamen et opinio fratrum Minorum
auctoritate prestat. rationibus perspicacius emicat. ac
miraculis ita roboratur diuinis. ut nullam reliquerit
errori suspicionem. mentesque omnium et corda ita posse
dit. ut nolint cum diuo Augustino quando de peccatis
agit aliquam de virgine gloriosa quoniam haberi. Emolliuit tam
venuste pietatis opinio ferocia multorum corda frater
ni tamen litoreis frenis cohibere nequiuit. ¶ Sed aiunt
diuo illi Thome aquinati refragari et contradicere op
positum docenti. Id sanctum illum virum docuisse non
ambigimus. probat auctoritatibus et rationibus. et si
solubilibus. virginem mariam originali delicto fuisse
obnoxiam. Vos autem communem cum eo opinionem
fictis probare miraculis. falsis et excogitatis reuelatio
nibus triffis peruersis. hereticis persuasioib' aggressi

estis. Non vos damnauit opinio. sed incendit probatio
Individuam cum viro sancto habeis propositionem:
sed discretam probationem. Non estis vos primi q̄ hanc
propositionem tenetis. sed nec ultimi cū diuo Thoma sic
estimantes. Hoc vero medio vestro conclusionēz vetustā
colorasse firmasseqz auſim vos fortasse dicere primos.
Fortasse dico ob id. q̄ frater ille vester quem Christi vulne
ribus insigniuitis stigmatibus falsis falsus est firmūce
se crediturum. Catharinam senensem tam nefario cō
mento ac ficto medio fuisse deceptam. quo ausa fuerit
dicere. reuelatum sibi. virginem mariam in peccato ori
ginali fuisse conceptam. que quidem fratris verba ve
hementem poterunt in multorum cordibus suspicionem
generare: Propositi tamen nostri est. de omnibus mode
ste sentire. remqz ipsam vt iuste terminata sit narrare.
quare scholasticas huius questionis relinquamus con
certationes. et hereticorum infelicitatis prosequamur
historiam:

Infelix quattuor hereticorū ordinis Predica
torū historia et inaudita narratio.

In Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi
millesimo quingentesimo septimo. in ciuitate Bernen
si Lausanensis diocesis pullulauit et exorta est Heresis
omniū plane nequissima. qua nulla maior audiri potuit
sed neqz cogitari. Cuius quidem peruersitatis et auda
cie auctores fuere quidam fratres ordinis Predicatorū
de obseruancia nuncupatorum. Quod superbum alio
quin nomen et illata nuncupatio cū ex euangelio repro
bum sit atqz iustificatū. in eo qui se dierū festorū ac ieiun
iorū obseruatorem iactabat. non huc citauimus. aut
frequentius nominauimus. vt vim aliquā fratribus tam

b i

te maiestatis titulo gloriatibus inferre videremur. quippe qui rem gestam in nullius contumeliam me narraturum in epistolari exordio protestatus fuerim. sed ob id. quod alijs venerabilibus et deuotis patribus eiusdem ordinis nullam ingeramus iniuriam. contumeliam. molestiam habeaturque inter tanti criminis factores et innocentes discretio et perfecta cognitio. quos scio tam nepharia non ausuros. sed nec cogituros quidem que hi viri sub obseruantie titulo militantes. patrare non timuerunt. Non de omnibus mihi sermo est. sed de his. qui deum non timentes. neque homines formidantes. rem tante nequie temerare.

¶ Vigandus vixit tam misere messis
sementarium et occasio.

¶ Te autem vana spe lectorem demoremur infelicitatis eorum historiam dicam Vigandus quidam cui cognomento vixit nomen erat. sacrarum litterarum professor. et magister ordinis Predicatorum de obseruantia. vir vaser et audax. cui cum in Francordia officium esset predicationis commissum. nescio quid titillationis vel suscitabilem cum eiusdem ciuitatis plebano incenderit. et in contumeliarum focum inflammavit. publicis quoque predicationibus suis multipliciore contemptra ac procatius quam religiosorum et diuini verbi seminariorem deceat impulsavit. viroque irabilem mouit et cholera auxit. ut et ipse palam in concionibus suis ad plebeculam sue cure subditas reclamaret et ab ipso verbo rependeret. similesque vices. si non maiores. refunderet. Nec profecto infirmis animis et pusillis corde nunquam profutura. Enim enim quis tam est a re publica Christiana alienus. et non vehementer doleat. quando ab his per quos erudendus est Christi populus tam impu-

denter cernit scandalisari potius q̄ erudiri. meretriciter
q̄ mutuis contumilijs sic publice conuiliari ac insulta
re. id q̄ copio sius perpetrare qd̄ in subditis acri⁹ arguunt
Vulgadus aut̄ ille nos̄ter cū ex quibusdā accepisset se
q̄ laceſſiri. reclamareq̄ plebanū eius cōciōes in pp̄ria
persona statuit cū dē visitare utq̄ videri posset ab eo in
faciē eius astabat q̄ p̄sentissime parat⁹ audire sic vā iur
riā ei foret irrogaturus Qui p̄sentia tā temeraria ferre
nō valēs hoc est irritari p̄spiciēs bilē mouit. excusseq̄
sunt in cerebrū flāme furoris: et duo cōuicia in presentem
vulgadū palā effudit. q. s. ex nūero se nō esse gauderet
qui Hēricū imperatorē toxico aut venenato sacramen
to occidissent. Taxabat secundo eos et momordit. quē
nulla satis festina commendatione fertulū rosarū Ma
rie virginis extollere possunt. ausint tamē conceptus
eius originali macula defedare. sicq̄ idipsum Marie
fertulum et crinale canino hoc flosculo originalis delictū
deturpare. fedamq̄ rosam hanc in tante virginis co
ronam implicare. Quibus a vulgando auditis in totē
us populi contuitu plenissimo boatu reclamauit dicēs
mentis. et ut hereticus hec ficta expuisti. Transiit
plebs cetera displicentiam. et q̄z grauiter scandalisata
est. Suce ex amicis plebani. tum etiam ex his qui suo
Pastori et rectori astandum putabant. ferebantq̄ sinē
stre. ut verbis eorū utamur. cucullatū monachū in tā
inclyte cinitatis insigni et capitali parochia tanta teme
rauisse. ac in eorū contemptū reclamasse. mortēq̄ ci mē
nati sunt quocūq̄ diuertisset Quo audito vitā fuga sal
uauit. At mansit alta mente repostū iudiciū et censura
pulpitaria plebani frācfordiani. tāq̄z insigniter se lesos
romane sedi sed intelligentius et verius. romane se con

Bij

seruatori conquesti sunt querelis haud minimis contra
plebanum impositis. quō nedum in personas. sed totius
ordinis integritatem inuexisset. nunq̄ cogitata crimina
obijciēdo. Sicq̄ in id generis mlt̄a prozmpētes. sedē apo
stolicam seu ordinis sui conseruatorem clamorosis voci
bus pro vindicta seu admīstratione iusticie impetebant.
Obrentoq̄ commissario doctore Thoma vuolff viro
in hisce rebus consummatissimo. plebanū citarūt. Qui
comparens. celeberrimi doctoris Sebastiani Brant ad
uocationis patrocinio functus est. Perpenſaq̄ diligen
ter eiusce negocij occasione. principio. medio. fine. exces
sus quoq̄ enormitate in Vuigando. qua etiam muti si
lentū prouocare potuisset in vocam. in causa sic est iu
dicatum. q̄ ipse Vuigandus stomacho et indignatione
repletus abscessit. eo q̄ pro voluntate sua non fuisset ple
banus viuus. excoꝛiatus. quod tamen iudicio et inten
to suo certius sperabat.

In Vuigandi vindicta in Cōmissariū aduo
uocati. et plerosq̄ alios.

At vuigandus ille noster apostolico commissario has
vices impendere studuit. Libellū enim multis contume
liis plenissimū conflauit potius q̄ ediderit. in quo tam
prodige liuorem effudit. vt nullius honori aut dignitati
parceret. sed nec in simili vesania cuiq̄ secundas vices
concederet. Iudici inq̄ q̄ pecunia corruptus fuerit ob
iecit. eo q̄ plebanū francfordensem nulla reuocatioe ob
tenta absoluiſſet. Bernardinū de Bustileguleū consum
matissimū. q̄ munde virginis conceptioni fauerit. cau
sidicū mendacissimū et turpissimū descripsit. generali
vicario ordinis fratrum minorū de obseruantia vnacū
suis fratribus Heidelberge p̄ virginis immaculata cō

ceptione disputantibus et concludentibus. sic illi sit. q̄ nō
ob id sanctorum censeri debeāt. quia grossis sint funibus
eincti. mendaci cappa et calopedis in truncū formatis
vestiti. q̄q̄ doctrina eorū sit maledictis blasphemis.
mendacis. figmentis. vita vero hypocrisi et simulata
sanctitate cum invidia. immortalis penissima. Sebastia
nū itez Brant celebrate doctrine et nunq̄ inter morturo
nomine virū cognitissimum. ita suis contumeliis. iniu
riis. conuitiis descripsit hominem viuū. qualiter non so
lent etiam fere bestie discerpere cadauer eiectum et emor
tuū. Post quem Johanni Spengler fratri ordinis minorū
rū de obseruantia sic maledixit. vt illius famam et vi
tam non parū denigraret ac obscuraret. Sed nec illi sa
tis fuerat laceffere viuos. quin etiam egerrime ferret.
sanctis doctoribus et viris em. ritis pro eorū in rem pub
licam christiana diligentia epitheta dici honoris. Diuū
videlicet Bonaventuram seraphicū. Alexandrū irre
fragabilem. Scotum subtilem nescio quam de quodaz
casco fabellam inducens. turpiter errauisse contendit.
qui hisce doctoribus hūc honorem decore nuncupatiōis
impenderūt. Cuius qui dem libelli temeritatem et a vero
deuiam superbiam reprimere curauit archiepiscopus mo
gūtinus. qui preceptione prouida viri tam procacis de
dignatus est importunitatem. mādauiq̄ sub anathe
matis vinculo. huiusce libellos incendi. deleri ac penit
incinerari. Cavit quoq̄. ne quis illos videri presumat
comparet precio. aut quouis titulo vel colore acquirat
Quo remedio viris inculpatis preter fas et iusticiā sub
uentū est. et ipsorū dignitati sufragatū. vniuersaq̄ im
proba. maiuola et contumeliosa verborum proluuies.
superbaq̄ arrogantia repressa est et cohibita Joannes

611

vero Spengler qui se ceteris plus lesum non dubitauit
Romam profectus est. de uigandi iniurijs conquesta-
rus. Citatur ob id Romam uiganduz ipse. de enormi-
tate et excessu tam friuolo responsurus. De cuius cita-
tionis executioniseu processu longum esset et superfluum
hoc loco recitare. Formidantes autem patres sui preter-
optatum illi quiddam in romana curia cucnere. miraculis
falsis. apparitionibus fictis. truffis peruersis ei subue-
niendum in Capitulo uimpinēsi decreuerūt. nō on nes-
tamen. ut vere creditur. sed quos tanti criminis nō pra-
duit esse socios et auctores. de quo maledictam historiam
auditurus crucis te signaculo firma ne te diuina clame-
tia in eam sinat cecitatem peruenire. ut pro terreno et
peruerso mendaciorū subsidio tuam pauperculam ani-
mulam sic demoni impignores. ut pleno dominat' im-
perio illi tribuas possidendam.

¶ Consulūt de loci dispositione. eligūtqz

Berna tā nefarie excoqitationi apta.

¶ Quod ubi patres tam nefarij sceleris coneiū in Cap-
tulo eorū in oppido uimpinē celebrato decreuissent ex-
coqitato fictoqz patrocinijs uigando subuenienduz.
delendamqz immaculate conceptionis opinionem ac-
multorum ora in eos delatantium occludenda. animo
eorū firmiter insedisset. quo nam id locorū potius prae-
ticandū esset. mentē deflexerūt. Fuere ex illis qui Frāc-
fordiam delegerant. utpote ciuitatem ad quam ex omni
germania galliaqz confluere mercatores. qui hoc ip-
sorum negociū ad omnes mundi partes deferrent. breuē
qz tempore denūciarent. Namqz consultum uidebatur
eis. si absqz eorū diligentia reuelaretur et conualscret
negocij et opinionis suae testimoniū. Reliquis tamen re-

nitentibus. Ob archiepiscopus Moguntini viciniam quam
rem ante nouitatis non fueret examinatum. relicta
est Francfordia ad negocij executionem inepta et indispo-
sita. Electa quoque est Nurenberga ex simili ratione dispo-
sita quod ex diuersis mundi partibus illic conuenit. cuius pre-
meret rem hanc quam citissime a mercatoribus publicari.
Sed et ipsa Nurenberga dimissa est. proueniri timentes
negocium prouidentia et excitatissimis ingenijs incolarum
rum. doctorum inquam virosum illic est ingens copia et in-
numerabilis multitudo. qui sine diligenti perquisitione
re hanc sceleratam non sic passi fuissent adulescere. crescere
que in tantam messem hoc venenatum semetarium. Ideoque bene-
na tandem elegerunt. utpote ciuitatem simplicem. rusticam et
indoctam. sed pugnacem bellicosam et potenter. Simplicem
ob id elegerunt. ne fraus et deceptio prouidentia docta per-
deretur. Potentem tamen. ut si persuasi fuissent negocio
credentes sua potentia essent opinionis testimonium digne
furi. Bernenses esse potentes non ambigimus. esse tamen
et credere simplices. sine cathinno nequaquam recitamus que
longe aliter de ipsis sentiendum erat

I Demoni ut auxilio eius sit et consilio. aias
pprii sanguinis chirographo firmarunt.

Non te pretereat lector amice fastidiosam hanc exco-
gitationem pertinaciter tentatam. aliam ob causam fuisse
inceptam. sed in exitum et deletionem immaculate conceptionis
semper virginis Marie. quam eius fratres maiores usque ad mo-
sem hactenus tutati fuerint ac defenderit. necessarium esse
consequenti fuit. etiam in eorum personas. ordinem et docto-
res moriri in iudicium. et crimen incidere lese fraternitas
tis. Neque id scientia vel doctrina tentandum putabant ex
quo minorum ordo eandem immaculate conceptionis opinio-

¶

bonem insigni triumpho tutavit. ideo aliud vicendi me-
dium perquirentes. miraculis id fictis et falsis facere ag-
gressi sunt. Cuius temeritatis quattuor heresiarche ne-
quissimi fuisse operatores. primus conventus Bernen-
sis Prior. Joannes dictus vetter. secundus Stephanus
Bols horst sacre theologie doctor. eiusdem conventus pre-
dicans. tercius Franciscus vlschi Supprior. et quartus
Henricus steincker procurator conventus. Hi ergo quat-
tuor patres assumptum onus negociumque pretensum
per graue sentientes. et de suis viribus defidentes. demo-
nis implorauerunt auxilium. qui arte necromantie per Fra-
nciscum vlschi adiuratus. tam sibi placito negotio abesse
non voluit. sed in ipsorum quattuor facie presenter et co-
ram in forma ethiopsis comparuit. adiurationis et im-
plorationis virtute ac vigore. operam et auxilium se fe-
deliter prestaturum spondit. inuitaque fide pollicitus
est. sue vero mercedis premium. animas eorum hic et in futu-
ro exposcebat possidendas et proprias. Hi autem quat-
tuor infelices viri sanguinis passionisque Christi et pro-
prie salutis immemores. iuxta demonis postulationem
consenserunt. et eorum quilibet chirographo suo proprio
sanguine scripto consensum roborauit ac ratificauit.
horresco referens. Qui cacodemon mendaciorum pa-
ter. chirographo accepto fidefragus abscessit et dispa-
ruit. O deus quae frivola mortalium audacia. tentare con-
tra diuinam ordinationem. non dico periturum a hominis
ope. sed sathane nequissimi subsidio. immaculatum conce-
ptum obfuscare

¶ Frater ad ordinem suscipitur

¶ Cogitationibus autem illis quale nam miraculorum genus
& portenum excogitarent. quo ex hominum cordibus

immaculate conceptionis dcleret opinio. euenit tempore
intermedio. vt laicus quidam artificio sartor. cui nomē
Joannes ietser ex oppido zurcach Constantiensis dio
cesis. pro sui ordinis habitu deprecaretur. Quē vacuis
manibus venisse rati. copiam se fratru habere responde
rūt. sufficienterqz prouisos. ideoqz petitiōi ei' cōdescende
re nequirent. Quimox subiunxit. Nō ero cōuētui vō
oneri neqz grauamini. quippe qui quinquagiuta tres
florenos. ac pannos sericos mecū tuli in vite mee substi
diū. sumqz de honestis parentibus genitus. non vt inue
niatis quo mei puderet. Quē florenorū vox vt auribus
eorū insonuit. pectora corū ita emolliuit sicut solet lique
fieri cera in facie solis. Quid non mortalia pectora co
gis auri sacra fames. Simulantes autem torū corū con
uentū se interrogaturos. abierūt inter se tractantes. quō
pecuniam hanc partirentur. vt cuiqz cederet pars & tu
nica Regressi igit Joannem prefatū dare promittentē
receperūt. quem tamen ante hac propter deū petentem
repulerūt.

Simplicitas fratris negocio miraculoꝝ
prestuit occasionem

Ordinē igit ingressus. sed ordinis habitu nondū rece
pto. diuertebat noctu q̄ se aduēti et hospites recipere
solebant. illic dormitur. Quē cū Franciscus xlschi sup
prior simplicem idcotam ac rusticū aduertisset. hinc oc
casionem sumpsit cū eo vtpote cū non intelligente mira
culoꝝ negociū aggrediendū practicandūqz. illū nihilo
min⁹ de simplicitate tentauit. Nam nocus s̄ tanto lapil
lis quibusdam in ei' cameram iniectis. pulsationibus
multifarijs turbauit. et vt spiritus solent vexauit. Fran
ciscus aut illucescente die illi se obuiū dedit proposito et

spiritum venirent visuri audituriqz. Et quo minus a
fratre notarentur. cereos benedictos. similiter et aquaz
exorcizatam cum certis reliquijs sanctorum et portio
ne sancte crucis non parua fratri contulerant. quibus
securior et munitior factus intrepide spiritui colloque
tur. qui iam consilio peruerso habito inter se quid illi di
cendum foret ad plenum informatus erat. Redeo ergo
ad historiam spiritus ille larvatus cum fratrem suo cla
more et eiulatu horrendo terruisset. capud suuzlex timo
re lintheamini inuoluit et abscondit vertitqz se ad parie
tem. Deus te iuuat. dicens. nã ego te iuuare non potero
Quibus dictis mutus fere penitus effectus est loqui nã
potens. At spiritus se non curari prospiciens. timore ni
mio fratri appropinquans. vestimenta singula quibus
tegebatur detraxit. Sed frater mox timidus ad parie
tem se vertit. deuio repetens. Iuuat te deus. quoniam
ego te iuuare non valeo. nihil responsi amplius addens
spiritus autem in responsum fratrem cogere volens
manu guttur eius apprehendit et pressit. Qui se mortu
rum timens. in vocem prorupit et quidem validam. O
huius huius. quo nam iuuari poteris. Abi procul et abice
de hinc. Que fratris questio cum spiritui placuisset ma
nam retraxit et fratri dulciter absqz terrore respondit
Frater sancte qui relictis mundi vanitatibz rã scis et deuo
tis pãibz te iuxi i tu inqz es qui me vnacũ illis iuuare po
teris: si cordi mea vba tibi fuerit Ac fideliter tuis pãibus
reuelare curabis que tibi dixerò. Cui frater Et qnam
modo id fieri potest edoceas. Si octo diebus respondit
spiritus. cõtinuis vsqz ad sanguinis effusione te d' disciplinã
ueris et missas octo in capella sancti ioãnis legi feceris

voluntate auditurus siquā frater ille de vexatōibus suis
facturus esset questione. quo de eius simplicitate et forni-
dine ac pusillanimitate nō dubitaret. Nūc cū frater ille
vidisset. mox o pater dicebat. quāta sum hac nocte per-
pessus. Illu sic namqz mihi spiritus quidā. et vox fauci-
bus hēsit tanto sui terrore percussus. q̄ nesciuerim quē
dē me vitam habere. nec ne. At superior ficto pectore re-
spondit. se quoqz spūs illic quāqz temporū audiuisse nec
id iam nouū. sed assiduū. quare eū leti cordis esse debere.
nec aliquid formidare. periculi adhortatus est. silendū si-
bi precepit. donec ex eo et patrib⁹ de hoc informaret lati⁹
quibus rem hanc dixit detegendam explorandūqz quid
ellic lateat. Quibus dictis fratrem consolatū relinque-
runt et patres alios criminis conscios de hoc informauit.

Spiritus fictus fratri reuelat quo
liberari possit.

Anno igit̄ millesimo quingentesimo septimo. in noc-
te triū Regū negociū miraculorū ceptū est fraude et do-
lo vt sequitur Tempore iam dicto Joannes predictus
frater conuersus ordinem induitur. assignaturqz illi ca-
mera Procuratori huius negocii conscio vicina et con-
tigua. Venit ergo noctu laruatus Franciscus vlschi. et
lintheo insutus ac circūdatus. spiritū se simulans. came-
ram ingredit̄ lugens. plorans. et ciulans. et purgatorij
intollerabiles se pati penas exclamans voce. vt potuit
mutata ac ficta. ne vox hominem proderet. scelus im-
mane et detestabile crimen. Sed hoc te non pretereat le-
ctor amice. q̄ die hanc illusionem precedente. campanu-
lam in fratris cellam suspenderunt in spiritus aduentu
per eum pulsandam. vt et ipsi tanq̄ facti huius ignari

posuerisq; te pronū in terram in crucis formam. atq;
sub missis illis. i. pater noster totidemq; aue maria ora
ueris. animam meam ex tantis penis liberabis. Sed et
terram ad singulas orationes deosculaberis. in iude pro
ditoris osculi memoriam quo Chriſtū prodidit. Que sin
gula se fideliter patribus narraturū frater promisit. mis
sas ait legere officij mei non est. quod ego possū faciam
quod illis faciendū hortaris referam fideliter. Subiū =
xit spiritus? Referas cui voles. sed cur i q; iussa mea non
pretergradiaris. expectabisq; aduentū meū feria sexta
fut. ira. sunt namq; mihi plura tibi enodanda. Vix ne
terrearis. nam ducam mecum spiritus alios. sed malos.
qui mihi vsq; nūc intollerandam hanc penam inflixe
rūt. erūt aspectu horribiles et clamore formidabiles. sed tu
ne timeas ob id enim terrorem incutient. q; a me sint ex
inceps abcessuri. Quis tam est stultus et non videat fi
ctionem hanc in uanam religionis famam excogitatā
quando iubetur ea deceptorie religionis ostentatio in ca
pella sancti Joannis in medio ecclesie fieri. vt clamor
totam ciuitatem non dico adimpleat. sed obruat et vna
cū tota prouincia inuoluat. Sed que fama. Ea videli
cet. q; sint sancti patres predicatorum in Berna. ad argu
menti est. q; spūs eorū implorent auxilia. qui si non estis
credituri. currite. currite veloces ad ecclesiam predicato
rū. Hic celebrat. hic orat. hic terram deosculatur. hic dis
ciplinatur ad sanguinis effusionem. Sed vt reor non ab
gis vulpinā potius cauda. V que nā hęc est diuinitatis
appetentia que arrogantia. que fraus et deceptio. Tu si
oraueris patrem tuū ingredi in cubiculū tuū et Cu
ram habe de bono nomine quod ex virtutibus tuis pra
ueniat. non quod fietis excogitationibus adornetur. sed

obtenebratū est insipiens cor eorū. ¶ Tempore vero tunc
religiose ostentationis tantus erat populi concursus. si-
cut solent aduolare multitudinem maxima ad nundinas
siue ecclesiarū annuas dedicationes. Fama ingens et mir-
ra commendatio sanctitatis in celū usque tollitur. petra
acquirit eūdo et pariter facta atque infecta canebat. Ex
quo pauperes fratres minores in Berna intatū deuine
re contemptū. ut in illos expuere et uic qua gradire-
tur maledicrentur. quem contemptum doctor Steffa-
nus unus ex quattuor heresiarchis auare et cumulare
etiam publicis concionibus curauit. Habent enim in
Berna fratres minores confraternitatem sancti Jaco-
bi ex qua pauperes victū acquirunt non modicū. quā
ad se trahere doctor Stephanus nitentur palam populo
predicans. Nolite in locis non reformatis fraternita-
tem erigere. vbi elemosina vestra turpiter dissipatur et
consumitur. quales enim sint minores odore nauis
dinoscite. Eorū equidem habitus uino potius imbutus
quā religione et deuotione. Tabernarij sunt et uinū amatores.
Id predicatum fuisse omnibus constat. Sed et pre-
dicans fratrum minorum id non terendum putans. In
hoc uerbum respondit. dicens. Si ad nos ciues amici in-
grediuntur honeste nobiscū potaturi. expellemus ne quor-
tū elemosina uiuimus. Nec mea cappa et si uini hēat o-
dore. vestra tamen infande et maledice heresis habet uē-
dorem ne odorem dicam. Sic quā uerum dixerit et uisus ip-
se probauit.

Sicuti spiritus apparitio secunda. cum to-
rum excogitatis falsitatibus.

¶ Certiores autem esse cupientes de fratris simplicitate. doctor Stephanus fratris confessor factus. in con-

fessione sua diligentem fecit perquisitionem: si quid de il-
lius spiritus negotio dubitaret. Se quoque dubitare si-
mulans fratris explorabat intentionem, qui cum se nulla
tenus ambigere affirmabat, constanter affirmabat, re-
illam a vero nullo modo exorbitare. De cuius constan-
tia gaudius doctor, factum hoc suavit hoc modo lati-
uestigandum. Duas enim particulas domini nostri Iesu
Christi ad dormitorium tulerunt, unam ad cameram pro-
curatoris, alteram ad cuiusdam fratris cellam ex oppo-
sito collocarunt, factum hoc pessimum coloratis, et his sacris
obcecantes fratrem, dixerunt se experientia exploratu-
ros si bonus sit spiritus, nec ne, nam malignum spiritum
tanti sacramenti non posse presentiam ferre, auribus
fratris firmiter inculcabant: Eo frater animosior factus
persuasus est, ac promisit se spiritum cum rediret adiuratu-
rum. ¶ Nocte igitur ferie sexte sequenti statuo tempore
spiritus comparuit secumque duos larvatos ex utraque
parte curretes adduxit clamore horribili alternis vicibus
clamantes in fratris cameram infiltravit. Frater autem
ex dominici corporis sacramento animo us effecit us spi-
ritum precor edoctus erat adiuravit Spiritus autem adiura-
tioni utpote voluntarius paruit, et ad singula contra-
tionis sacramenta victum se fungens ordinate respondit, quae
revelationes ex ordine ponere placuit, ne quid confusio-
nis adolescat. ¶ Revelatio prima Nos ait spiritus quae
mecum venisse cernis, maligni sunt spiritus et cacodimones
quibus a deo potestas fuit puniendi me, et in presens us-
que penam irrogare, qui mox ad haec responsa clamore va-
lido abscessere. Quos ob id tanto clamore cessasse asse-
ruit, quod eum relinquere coacti fuerint precibus et disci-
plinis suis suorumque patrum intervenientibus. ¶ Quae

tio secūda. Ego inq̄ frater mi dilecte. ut mei statūm ple
ne dinoscas secularis olim sacerdos sui p̄mōtione studiū
magister artū religionēq; hanc in hoc cōuentu intrāu
tandē in priorat̄ officū sublimatus. De q̄ absolut̄ Bre
ui post tempore egerime tuli. ad maiores p̄mōtiones anī
mo vindicādi anhelans. Parrisis studioꝝ causa cō
cessi. libꝛū vnū ex bibliotheca conuētus auferens Deflex
it animū meū societas peruersa q̄ mutato habitu nocte
nullo sciēte ciuitatē ingredi deremur insolētie ac dissolutio
nis gracia Ego aut̄ ipse tercius erā. Cūq; a similibus
nobis secularibus ipeteremur: interēpto me. alterū quo
q; occiderūt. tertio vix aufugiēte. At duo socij mei eter
naliter cōdēnati sunt. reseruāte me diuina gratia et cle
mētia vsq; i hāc horam. Suiq; ex cōdicatus propter nup
te mulieris introductionē. Tāq; eo tempore cōuentus
reformatus nō fuit vti nūc est. Dicāsq; patribus tuis ex
parte mea gratias q̄s potes de ipsōꝝ intercessiōe que me
ex penis his grauibus liberauit. A quibus tamē nondū
plene liberatus sum. donec triginta missas patres mihi
ordinauerit legēdas. cū quattuor vigilijs. ex hinc libera
bor a penis q̄s cētū et sexaginta ānis pertuli. ¶ Reuela
tio tertia. Frater scē scito hūc ordinē nostrū pre ceteris oī
bus esse ap̄batissimū. omnēq; ordinis nostri doctrinā
fundatissimā solidissimā. et verissimā. quāuis certi fra
tres aliarū religionū inuidia permoti. eam certis in locis
eredidere suspectam. Quare ex illis plurimi penas iam
luunt purgatorij. De opinione conceptionis Marie
virginis loquor quam diuus Thomas in originali pec
cato conceptam spiritu sancto edoctus descripsit. Cui
doctrinē sane ac sanctorū sententijs consone fratres mi
ci)

nores vsq; nunc aduersati sunt . nostris fratribus con-
tradicientes . Quare inuicem multis insurgunt iurgis
litibus et insultibus: hi scilicet . qui ex duob' patriar' His
Dominico et Francisco . fratres in exordio sunt institu-
ti s; tu firmiter crede nec te moueat minor' fallax opi-
nio: virginem Mariam in originali conceptam . cū na-
turalis filia Ade fuerit . in quo omnes peccauerunt: et
per quem mors intrauit in orbem terrarū . ¶ Reuelatio
quarta . Ideo benedicte frater . scito ob id hanc ciuitatē
Bernam perituram . ruituramq; penitus et a terra di-
uina id ultione volente absorbendam . q' non expellunt
Hinc fratres minores . qui sanctis nostris oppositum do-
cent . opinione mendaci virginem gloriosam adornant
que profecto ex nugis eorum honorari non querit . tuq;
cuius tolerantur hic vitam ducentes non reformatam .
Subest adhuc et ratio alia tam dire in hanc ciuitatem
vindictē: q' a rege francie annuam accipiunt pensionē .
Ideo eis irata est virgo maria . et Christus iesus expe-
ctatq; eorum merita pena in foribus non longo post tem-
pore differenda . ¶ Reuelatio quinta: Notum insuper
tibi facio Beate frater . Alexandrū de hales non vulgo do-
ctū virum . in purgatorij penis detineri . ob id . q' verita-
tis opinionem . virginem videlicet Mariam in origi-
nali delicto fuisse obnoxiam reliquerit: aliorum sui or-
dinis fratrumq; sentimento contra sanctorum opinionez
adheserit . Joannem vero Scotū . cui epitheton subtili-
tatis finxerūt in eisdem penis cruciari ego ipse conspexi
quando ob mea demerita etiam ipse detinebar . Quos
mox cognoui . diuina mihi clementia concedente . eam
ob causam . q' ipse fratribus minoribus ansam prebe-
rit occasionemq; opinionem illam publice et manifeste

fateri: palam predicare. et docere proeaciter. Erant q̄z
iūte adhuc q̄ plures aījex eodem ordine. quorū nomina
deus nouit. qui nobiscū de hac opinione certarunt: illā
q̄z contra sanctos doctores proterue defenderūt. ¶ Re
uelatio sexta. Hac igit̄ duorū ordinū controuersia non
obstante reconciliandi sunt hi duo ordines per sanctuz
cruendā virū. quem modernū pontificem romanū intel
lexere quem ob id sanctum dico: q̄ a triginta annis a
deo in huiusce reconciliationis negocium preuisus sit.
Hic pro opinione indulgentias dabit plenarias. maiores
his quas Sixtus olim pontifex in eā solemnitate do
nauit. demū scito me in septimū chorū angelorū sublimā
dum. ibiq̄z perpetuo diuina facie fruiturū. ¶ Reuela
tio septima. Notum tibi sit sancte frater. q̄ semel ab ho
ste maligno tentatus fueris. intro eūdi ordinem char
tusienū. relinquendiq̄z nostrū. iamq̄ susceptū. Id ū
fecisses. quinq̄z catti nigri te penit̄ discerpissent. a deo
diuinus noster ordo deo placet. ut omnibus sit deo accep
tior chariorq̄. Credo ego quidem te hoc in memoria
habere recenti. q̄ semel in Rhenū dilapsus morti et sub
mersioni propinquus fueris. At. ego tibi dico. q̄ meri
tis cuiusdam sancte virginis. cui deuotus extiisti. pre
seruatus es. Memem autem virginis fratre efflagitan
te. ut gratias referret pro tanto beneficio. Spūs respon
dit. In festo annūciationis Marie virginis cū ipsa per
sonaliter ad te sit ventura. non opus est tibi eam nomē
nare. Illam igitur statuto tempore expecta deuotius
quo poteris. Ad utilitatem inq̄ tuam et salutem anime
tue multa tecū est locutura. ¶ Sed miraberis lector ami
ce. vnde nā hec spiritui ficto cognita sint. Propositum
fratris ad chartusianos. et casus in rhenū. scito fratrē

Ma doctori Stephano fuisse confessū. qui hec spiritui p̄
didit ¶ Reuelatio octaua. Si autē patres tui nomē me
ū et cuias fuerim scire cupuerint. dicas illis .q. Henric⁹
calbarger mihi nomen fuit. sacerdos secularis ante q̄
hūc fui Ingressus ordinē. natus ex ciuitate Solodunsi.
Hoc autē nomē meū in libro āniuersariorū nō ē positum
Idcirco te hūiliter exposco . vt inscribatur. Neū q̄
Inanis et fatua hec hereticorū fictio.

¶ Explorat spūs si Bonus sit. nec ne.

¶ Ne quando autem dubitaret de spiritu hoc. obicere
turq; eis malignū fuisse spiritū huic tacite obicitiōi du
bitatione; altera fraude responderunt modo q̄. o sequi
tur. Nā doctor Stephanus cribro confessionum fratris
audiret. si in aliquo dubitaret percepturus. Qui cum
se nullaten⁹ de spiritu h̄c fitare diceret. fingit se doctor nē.
Hilominus dubitare feci incuit epistolam ob longā cru
ce signatā ac sigillatā. in qua nēc cūstiones continen
tur. has inclusi in locum ad quē nullus patit nēc clauis
habet Tu autē cū ad te spūs redierit. iube vt litteras au
ferat: et tibi ad quēstiones meas respondeat. Has litte
ras si abstulerit spūs nequā esse non potest: quippe qui
crucem signatā non sit ablaturus.

¶ Quēstiones nequiter spiritui in epistola
doctoris Stephani facte.

¶ Prima quēstio. Si Hieronymus sauro-nalle ferra
riensis iuste vel iniuste a pontifice maximo Alexan
dro sexto igni adiudicatus fuerit. cū suis complicibus
in ciuitate Florentia. Hunc constat nequam pessimū
et hereticū nequissimum fuisse. Sed hac quēstione per
eos fraudulenter proposita. in coronam martiri; venies
sublimandus. vt sedem apostolicam de innocentiū op̄

pressionē inculpant. ¶ Secunda questio. de statu fu-
it Alexandri septi pontificis maximi. in alio seculo si
penas luat: q̄ Hieronimū predictum heresiarum ig-
ni abiudicavit. Ecce lector amice. quanta nequā istū
pessimi in sedem apostolicam machinant. ¶ Tertia que-
stio: Si beata virgo Maria originali peccato f. cecit ob-
noxia. aut mūde concepta. ¶ Quarta questio Quis
nā sit ille vir sanctus de quo supra spūs mentionē fecit
qui ante triginta annos ad hoc fuerit a deo ordinat⁹ q̄
festū conceptionis immaculate deleteret: duos hoc ordi-
nes recōciliaret: et cōuētus Argentinensem atq; Thuri-
censē reformaret. D formose q̄stiones quis tam esset fatu-
us. et fraudē non notaret. ¶ Quinta questio: Et quis
nā ille sit de ordine fratrum minorū doctor famosus. quez
in purgatorij penis spūs retulit detineri cuius causa fue-
rit et occasio. q̄ opinionem illam inducere conatus sit
q̄ Beata virgo sit sine originali peccato cōcepta. ¶ Se-
pta questio Verū doctrina diui Thome acuinatis deo
foret accepta. non obstāte. q̄ fratres minores cā in ple-
risq; locis arbitrare suspectā et a veritate exorbitantē
¶ Septima q̄stio de sancto Bernardo mota ē. quē post
mortē suā cū macula in pectore ferunt apparuisse cā ob-
cām q; virginē Mariā in originali peccato fuisse cōce-
ptā crediderit si verū sit eū ita viuz: an ortasse ab emu-
lis confictū. Octaua questio de vespis fuit que apud se-
pulchrū sancti bonaurenture apparere post illius mor-
tē. eo q̄ et ipse penam. soluerit opinionis fratrum minorū
de conceptione virginis Marie: quam tenuit et scri-
pto approbavit. ¶ Nonā q̄stio certificare cupiebat do-
ctor Stephanus de tempore quando duo illi conuentus
Argentinensis et Thuricensis essent a sancto illo viro
ciii

reformandi. ¶ Vide perbare lector, ac perpende dili-
gentius que fuerit horum virorum reformatio. Filij in
dei de regno celorum certant. vbi filij demonis de terrea
na possessione certare solebant. Non credo tam simpli-
cem lectorem aliquem futurum. qui per has questiones
non cognosceret quereutis peruersitatem. ¶ Hac episto-
la vt premittitur fratri commissa spiritus eidem ap-
paruerit sese abscissurum nunciavit. quia ventura esset
ad eum virgo cui deuotus exstitit: que eum de singulis questio-
nibus esset ad vnguem informatura:

¶ Apparitio laruate Barbare
fratri facta.

¶ Nocte ergo Annunciationis virginis Marie Sup-
pior mentitus sexum. in specie formose virginis appa-
ruit nunciatus et spiritum nunquam crediturum. Sed q̄ de-
uotione qua posset virginis Marie aduentum prestolare
tur. que ad eum ventura esset. de multis cum eo locutus
ra. Et frater. Quis tu ergo sis edicito mihi Respon-
dit Ego sum barbara martyre Christi. quam singulari
deuotione profecutus es. Audiui deo id permittente. quid
tecum doctor de epistola sua locutus est. Quam ego ap-
prehendens virgini Marie presentabo. Nec inquam eum
vna tecum de conscriptis questionibus lacius certifi-
cabit. de hinc honesto loco recondetur: vt dubitari non
possit maligni spiritus esse figmenta. sed omnipotentis
dei miracula. Quibus dictis abiit. accepta epistola in sta-
tuto loco collocata. Frater ergo nouo apparitionis modo
gausus caput mulam quam ad hoc suspenderat pulsavit. quam
cum mox audissent utpote consocij accurrerunt qui primo adue-
nienti statim dixit. Nescio quid aliud quam an hac apparuerit
mihi dicens et virginem Mariam post se apparituram.

Doctor autem veniens ad confitendū fratrem adhorta-
tus est: ut Marie virginis aduentu dignus et mūdus in-
ueniretur. Fallax autem barbara litteras et epistolam
doctoris questionibus plenam ante sacramentū eucha-
ristie collocavit. quam doctor casu se inuenisse simulās
ad fratrem rediit. O per benedicte et sancte frater. gaude
quæso nobiscum inquit. inuenta est epistola in loco tali
in quo maligni spiritus comparere non audent. A me
omnis dubitatio de spiritu est aliena. quia Bonus est spi-
ritus. effectu hoc ostendente. Sigillauerant autem fic-
to errore. sed potius colore sanguineo litteras illas: ex
Christi iesu lateribus signatas affirmantes. Hunc co-
lorem ex Casaro quodam. ut et in sequentibus patebit. bap-
tisto iudeo habuerūt illuminista. qui huiusmodi co-
lores facere nouerat. suo tempore et ipse mercedem suam
receptur' nullo dubitante.

¶ Admitti sexum in persona virgi-
nis marie apparent.

¶ Euanescentibus autem spiritus. ac fallacis Barba-
re apparitionibus tandem in eam dementiā delapsi sunt
ut etiam in persona virginis marie. prochi dedecus ausi
fuerint apparere. Que tempore matutarū ad fratrem
veniens. se mariam esse. e celoqz venisse testata est mul-
ta ei reuelatura. quas reuelationes et ad predictas doc-
toris Stephani questiones responsivas per ordinem co-
nere placuit. Reuelatio prima. Reuelauit itaqz pri-
mo hec ficta maria: spiritū de quo supra longa et tedio-
samentio est habita. Bonum fuisse spiritū. a deo missum
et eorū precibus. disciplinis ac missis fuisse liberatū et i-
n celū sublimatū. de quo dubitare non deberent. Reuela-
tio secūda. Secūdo dixit. Frater sancte te ignorare nolo

¶ sanctus ille vir qui cōuēt' argētinēsez & thuricēn' refor-
mabit. de quo patres tui dubitāt. quisnam ille sit. Scias
hunc Iulium pontificem modernū esse is in q̄s finem im-
ponet contentioni de mea conceptione. et q̄ in originali
peccato sum concepta determinabit. dabitqz indulgen-
tias largissimas. et nouam de hoc festiuitatem instituet
maiore ac p̄briore gracia q̄ Sixtus quondā pontifex
maximus pro solemnitate immaculate conceptionis de-
derit. Ideoqz mittam illi crucem sanguine filij mei t̄is
etiam. a qua virtutem et adiutoriū accipiet hanc mate-
riam terminandi. Juxta quem verum sanguinem filij
mei tres guttas lacrymarum comperiet. quas filius
meus fleuit super ingratham Hierosolimorū ciuitatem.
Hec ergo dona tibi do pontifici Julio mittenda. in ve-
rum conceptionis mee testimonium. q̄ ab Anna matre
mea peccatū originale contraxi. Ne tres gutte tres ho-
ras significant quibus in originali peccato fui post q̄s
gracia filij mei liberatus sum. Reuelatio tertia Ecce
frater. accipe hos panniculos quibus filium meum in
egyptum fugiens inuoluī. Doqz tibi vitrum hoc plentē
sanguinis filij mei pro salute hominū effusi. Hunc san-
guinem guttatim ribaldi et pessimi nequam regibus et
principibus impertiti sunt. Quanta temeritas in eis
fuit. Et hec omnia dixit. in signū sint et testimoniū da-
ta. q̄ in originali peccato concepta fuerim. Reuelatio
quarta. Alia insuper est crux. benedicte frater. quam pa-
tres tui in choro coram altissimo sacramento filij mei in-
uenerūt quinqz guttis sanguineis signatam. que gutte
quinqz dolores significant quos ipsa sub cruce stans
perpessa sum. Hanc crucem cum alia de qua supra
tibi dixi. pontifici Julio absqz mora mittas. sanctiores

enim sunt omnibus totius orbis reliquijs. Quas et ipse
deuotus suscipiet. cum largissimis indulgentijs. In Ber-
nam una nihilominus reducat. in tantorum miracu-
lorum infallibile et perpetuum testimonium. Reue-
lato quinta. Notum tibi facio sancte frater. ordines
predicatorum et minorum ab initio fraternitatis fuisse lega-
tos: utpote quia duobus patriarchis Dominico et Fran-
cisco in Christo fratribus normam sue vite susceperunt.
At nunc fratres minores crimen lese fraternitatis incur-
rerunt: docentes meam conceptionem absque peccato ori-
ginali in exterminium doctrine sanctorum. quod mihi
vehementer displicuit. Ideoque accipe hanc epistolam
romano pontifici hoc modo presentandam. Tulerunt
frater unus ex conuentu Turribergensi, alter Bernen-
sis: tertius Basiliensis. qui tres sigilla suorum conuen-
tuum secum deferent supplicesque rogabitis senatum Bernen-
sem: ut et ipsi cum his tribus sigillent has litteras Ponti-
fici mittendas. qui pontifex grato illas excipiet: et mox
expulsis fratribus de communi conuentu Argentinensi
et Thuricensi reformabit. Reuelatio sexta Pro mer-
cede vero laboris et dilectione festi immaculate concep-
tionis. quam faciet pontifex Julius modernus. nuncijs
illis illi futuram gloriam cum sancto Thoma aquinate
equanda. eo quod eius doctrinam de conceptione mea vere
conscriptam tutatus fuerit.

I Alio apparitio virginis marie in
qua frater vulneratus.

Apparuit adhuc personata Maria tempore sequen-
ti. satis affabiliter fratrem alloquens et dicens. Fra-
ter benedice. a deo ad te missa ecce adsum. pro tua in fi-
lium meum Jesum Christum et in me deuotione te re-

muneratura. Quid ergo petiturus sis palam elocra-
ris cui pauper respondit. Quicquid ad salutem anime
mee conducere tibi. filioq; tuo. Jesu Christo deo & domi-
no meo. visum fuerit. id ego humili corde deuotus expos-
co. Que subiunxit. mirus et quidem singulare qd nul-
lus vn̄. mort alium habuit tibi sum largitura. vulne-
ra videlicet passionis Christi iesu filij mei. que necz. Fra-
ciscus. neq; catharina seneñ. habuit. sed tu illa de ferre
predestinatus. es in testimoniū conceptionis mee q; in
peccato concepta sum. Quare prebe manum. donum
di recepturus. At frater exigua munera putans. vul-
nera et dentium exere. rionem. manū retraxit. et abscon-
dit. Quam presens virgo maria arripere tentans. eidē
reluctari pauper non ausus est. numen esse putans. Ac
quiescens ergo manū porrexit. que manui sue clauum
grandem. incussit: ac totam. vulnere perforauit. Tre-
alia quattuor. incutere voluit pro eo tempore: vt videre
possent quomodo hoc vulnus prestare posset. et si illud
recens seruare valerent. aqua forti. aīsq; corrosiuis. ex-
inceps alia. vulnera facturi: prout ab eis consultū fue-
rat. At pauper ex doloris vehementia exclamabat. O
maria Cui respondit. Frater sanete. ecce habes signū
redemptionis humani generis in corpore tuo. quod defer-
re debes in testimoniū cunctis gentibus. q; in originali
peccato concepta sum. Renouabiturq; hoc vulnus et
donū filij mei in te bis in anno. die videlicet corporis Chri-
sti filij mei et Parasceus sancta. Triplicabis ergo de-
uotissime horas tuas Et si a mundo irrisus fueris. vt lu-
cū nihil fa. xias. beati enim qui persecutionem patiuntur
propter iusticiam qm̄ ipsorū est regnū celorū His dictis
transiit. et quid egisset socijs suis enodauit. Videat le-

etoz. si totum ordinem minorū hac vulnerū excogitas-
tione eradicare non intenderint: aut saltem diui marty-
ris sancti Francisci non voluerint vulnera reddere sus-
pecta & vtiā iam nō fecissent. Sed inter Francisci
et hec vulnera hoc interest q̄ presentia vulnera palam
ostensa. predicata. monstrata demon ipse abscondit. Frā-
cisci quē vulnera semper a sancto patriarcha abscon-
dita. a deo sunt manifestata. Et merito Gamaliele in-
quiente. Si ex hominibus est opus. dissoluetur. si ex deo
dissolueri non potestis. ne forte deo repugnare videamur.

I Fratri conuerso residua quattuor
vulnera faciunt

I Apparuit denuo nocte sequenti personata maria mo-
re solito fratrem salutans. Salue inquit frater. non est
homo in hoc mundo qui dolores vulnerū filij mei susti-
nere queat. quare tibi gratia mea subuenire curavi. Ec-
ce attuli tibi panniculos hos cruce signatos quos si ma-
nui supposueris cū te dolor vehemens turbarit. illorum
virtute leuius ac mitius habebis. Hi sunt panniculi quib-
us in hoc mundo dilectū meū filiū inuolui. **I** Tres fe-
runt illos aquas habuisse ad hoc negociū necessarias.
Vnam arte necromantie confectā. Ad cuius confectio-
nem supersticiose requirebat sanguis ex umbilico iudei
recenter nati: & decē et nouem crines ex eiusdem iudei
palpebris. iuxta quem numerū criniū parebant illic dia-
cem et nouem demones. qui aquam occupantes. fra-
trem quando bibebat illam fecerunt immobilem ac om-
nibus sensibus priuarūt: vt iaceret tanq̄ cadauer emor-
tūet truncus iners. Hos crines cū cruore illo ex quodā
Lasaro baptisato iudeo habuerūt. qui se in Bāberga
obstetricem simulans hec acquisiuit.

di

corrosus erat. et per carnem penetratus Tertia huius
cauterio et corrosioni refrigerium paravit et lenimen De
derunt igitur. ut ad proposuit in redam. aquam primam
fratri potandam. qui ut exanimis iacuit omnibus suis
suum actibus privatis. Acceperuntque aquam secun
dam: cum qua illi quattuor vulnera fecerunt. Nam
primum vulnus in dextera tantum manu erat. Terc
tia aqua sunt usi. quando doloris vehementiam et pas
siones frater tolerare nequivit. Cumque surrexisset fra
ter. illum inquam ad suum placitum. ut ita dicam. resusc
itare noverunt videns adhuc quattuor vulnera. admi
ratus est: nesciens unde contigisset. Astabant autem sce
lerosi quattuor: iri nescio quid numinis se vidisse et au
disse testantes. Quod ratione et sensu privato fratri fa
cilius persuaserunt. O miserima conditio tam passio
nati fratris. **A**quas item illas duas naturaliter fieri
non dubitamus. hincque nomen suum quod hic dicitur
facendum. **N**ihilominus et quandam aquam habue
runt etiam naturaliter factam: que eon similem effectum
cum prima habuit. eodempio. quod non reddidit frater
immobilem. sed sensu dumtaxat et ratione privavit. et
quod ne passionem sentiret effecit. **H**ac dicunt potari illos
quibus integrum membra in istis decidunt. in. quando
eos ut vulgo dicitur sancti Antonijenis incendit. **H**is
aquis scelerata hec facta patrarunt. **V**olui de his scrip
sisse latius: prohibuit me scandalum p. filiorum. **P**er
fecto ergo atque recogitato novo hinc vulnere in
divi Francisci contumeliam. in immaculate conceptio
nis deletionem. in vulnerum Jesu Christi illusionem.
audi queso per hanc lector. quid cogitavit. **C**redidit
frater ille persuasioni quattuor virorum. vix se pot:

tare vulnera Christi. miraculo ei data infallibili. ipse
met admirans se tam repente deum factum!. Doctor
Stephanus huius fictionis primas et caput ad fratrem
ait. Ne mireris frater te vulneribus insignitum Iesus
Christi domini nostri. Tam sacer est ille ordo noster
ut his aliisque miraculis in hoc mundo refulserit: Nec
ob tua sola merita euenerit tam miranda. Sed tu cre
dis confessionibus et orationibus te dignum: tanto mi
nere facias. Que ob id eidem doctor Stephanus iuravit:
ut ipse confessor eius. exploratum in confessione habe
ret. si quando in hoc negocio esset dubitaturus. De
derunt item fratri stubellam sequestratam: ut non occul
tas sed manifestas orationes faceret. Quia imagines
passionis Christi per stubellam ad diuersa loca suspen
derant. Frater ergo iam ibi ante hanc imaginem nunc
ante aliam orabat: hinc atque illinc gradiens gressus huius
modi pretendebat: quales Christus egit ante oculos
suos depictus. In monte oliueti extendebat brachia:
in coronatione caput inclinabat. Piget dicere faculta
tes et illusiones tantas. Ab eis enim edocuit fuisse passionem
Christi publice sic ludere. Ipsi autem hoc non abscondebant. ut
par erat finem visuri sed iuitabant potius homines ut ingredere.
dei omnipotentis miracula visuri et precipue fratres minores. ut
intuerentur vulnera in testimonium illis: ac recitarent pri
bus suis. Inter quos duo priores vnus in cholera excrecens
dixit Vast beschere. Alter autem modestus loquens ait. Finis
coronatus: exitus acta probabit cauebat tamen ne fratri quis
quam loqueretur. neque interrogarent eum. scientes eum idiotam et im
memorem: ne res pateret et sua simplicitate periret. Non
dubitantes: mendacem esse memorem oportere. Et ideo
stabant prospicientes per fenestras tanta multitudo. quam
d. ij

ta nunq̄ magnis venerere mycenis. Quando autem ei
potū dabant. qui eum a sensu alienabat: iacebat spu
mans vti solent morbu caducum habentes facere. dice
baturq̄ a Priore iam cū Christo in cruce mortuus ex
nimia deuotioe. Et q̄zuis ab illis quattuor heresiis
in moribus sufficienter fuerat instructus. ipse tamē vt
pote sartor iners religiosos gestus facere non nouerat
quare spectatores sepius in risum prouocauit. Eratoz vī
dere ludū sine arū potius q̄z rem arduam. Durauit aut̄
concurfus ille longo tempore. Ipsi aut̄ cauta sunt vfi
cautela. suadentes peuper culo ieiunia multa. abstinē
tias. et id generis multa que macrū hominem efficiunt
ac viribus totis destituūt. vt putaretur religione et de
uotione illa meruisse suisq̄z meritis virginem mariam
illi apparuisse. et reuelationes varias manifestasse.

Tentatur frater vltionis marie appari
tionibus: fitq̄z tandem impatiens frau
de quattuor patrum notata.

Venit aut̄ doctor Stephanus vesperi ad fratrem eius
deuotionem. vitam. sanctitatem fide commendans
asserens deū adhuc eū eo miranda facturū. sese de mul
tis sanctis legisse: talia tamen et qualia erga illū contis
gerint vidiſſe nunq̄z. Admonuit igitur eū: vt cū nocte
apparuerit vitgo maria. q̄z diligētissime aduertat quid
sit locutura: vt sibi ceterisq̄z patribus suis certo referre
queat. et virgineis mandatis pareret. ne aliquid de tan
te virginis iussu pretermittatur incompletū. Credidit
frater in nullo adhuc hesitans. Nocte itaq̄z aduenien
te doctor Stephanus rem ipsam met fecit de qua fra
tr. m admonuerat. et in persona beate Marie virginis
eidem apparuit. fratrem dulcibus verbis salutans. et

se Mariam virginē esse affirmans. Sed frater cogni-
ta voce. indignabundus respondit. O deus. deceperūt
me viri mendaces: Abi in malam crucem. q̄ te de⁹ per-
dat eum complicitibus tuis: qui me pauperem tam tur-
piter decepistis. Nam fraude hac cognita. omnia pre-
cedentia fraudulenta fuisse suspicatus fuit. Nec eum
fefellit opinio Nam doctor Stephanus quia se cogni-
tū vidit. abiit confusus: ac socijs illa cum dolore nūcia-
uit. Quem Prior consolans inquit Vocem meam non
tam audiuit crebro ut eam dinoscere posset: vestrā autē
quia noxī nimirū quia illius confessor estis. Ideoq̄
ego nocte hac apparebo sexum et personam virginis
Marie mentiens de nostra volūate illum late informa-
bo. qui cū altera sequenti videlicet nocte eodē dixerat
facere tentaret: ante fratrem stans. et ipse a fratre cog-
nitus est. Cui cum frater multas contumelias ex iras-
cundia dixisset videns tandem q̄ omnino nihil profice-
ret. frustratus omni spe sua. tristis abiit. Reuersus est
autē altera nocte. sperans se vocem mutare posse et ve-
stes q̄ non cognosceretur et ante fratrem stans Salve
inquit frater: Ego sum virgo Maria. de qua prece-
dentibus noctibus dubitasti. at nūc ut ab omni scrupū-
lo sis alienus. ecce attuli sacramentū hoc corporis Je-
su Christi filij mei sanguine rubricatū ita enim hostiā
depinxerant. ut non credas spī. iū esse malignū. qui co-
ram tanto sacramento comparere non audet attuli q̄
huc vitru⁹ hoc plenum miraculoso sanguine filij mei.
quo te et locum hunc condonare placuit. Peruersi equi-
dem viri hoc sanguine. et hac rubrica hostia peregrī-
nationem ad sanguinem Christi instituerē volēbā. vul-
gariter. cyn vait des hylighen bluts. Frater autē sa-
dij

ex amonto venerabili permotus. dubitare cepit. vera ne
esset apparitio. nec ne. et respondit. Si non es me dece-
pturus. quisquis fies. orabis pater noster. et Ave ma-
ria. sicq; experiar te non esse malignum hostem. Dia-
uit ergo Prior voce qua potuit muliebrī: Qui cum in-
ter oranduz Pater noster completisset. ait Salutata sū
ego Maria plena gratia. dominus mecum. sumq; be-
nedicta inter mulieres. et benedictus fructus ventris tui
Iesus quem hic in manibus meis porto. Cognovisti
autem frater plene ac perfecte priorem hunc esse ex ver-
bis illis. et in furore accessus cultrū arripuit: et genu ei?
dext: cū vulnere perforavit. Sed et Prior scutellam stag-
neam arripens violenter contra fratrem proiecit. Ste-
tit autē frater. viriliter paratus se defendere. Sed prior
vulnere sauciatus. timēsq; ne clamor frēs alios excita-
ret et fraudem cernerent aufugit. et hec valde tristis fra-
tribus conscijs criminis narravit. Franciscus vero vl-
tibi supprior priorū respondit ne queso tristemini. curam
habere vulneris vestri. Ego apparebo ei noctu in perso-
na Catharine senensis nam vocem meam non novit.
quia raris aut nunq; sum illi locutus. et informabo euz
volūtatē nostrē. Venit ergo ad eum mentitus personā
et seyum Ave frater inquiens. Ego sum Catharina se-
nensis a deo ad te missa. ut te corripiam de incredulita-
te tua q; Bcē virgini tibi crebrius apparenti non credide-
ris. et ut nunciem tibi miranda. Primo. q; vera Iesus
Christi vulnera in corpore suo defers que nec ego neq;
Franciscus habuimus. At omnipotens deus te hoc mu-
nere condonavit in testimonium subversionis hui? ciuita-
tis eo q; annuā a rege francie pensionem accipiant et q;
fratres minores non expellūt qui mariā virginē sine oī

ginali peccato fuisse concepta docent et vitam ducunt irre-
formatam Nec tu publice dicere et predicare stude. Qui
cum tibi credere recusarint, ostendas hec vulnera tua diu-
nit' tibi data in testimonium veritatis Ad que verba ex im-
patientia frater nihil penitus respondit huius fidei Car-
thagine senensis.

I Frater ordinem exire tentat, sed per
suasus in fraudem consentit.

Sed fraude cognita frater ordinem exire tentat dictis
parricidis, quod eum tam turpiter decepissent, ac irreligiose
cum eo tractauisset. Qui suis verbis attoniti et stupefacti
ne quare res hec et fraus tam insignis manifestaret consi-
lium et quidem anxium habuerunt, si fratrem precibus in eorum
propositum flectere possent. Quod facere tetrauit doctor
Stephanus confessor suus, medijs huiusmodi Tametsi
inquirebat aliquid ioci rei serie vulnerum immiscuerimus
et tibi fidei apparuimus, fecimus id quidem ut te in devo-
tione seruaremus. Non est tamen omnino res hec mentita
et excogitata, quia vulnera a deo esse non dubitamus
cum ipsemet nescias unde tibi venerint. Tunc autem quod te tes-
tificante te iubente te volente toti mundo diximus et in au-
res omnium inculcauimus que nobis dicenda precepe-
ras, expones te et nos ridiculo vniuerso orbi, si retrac-
tabis que tanta diligentia manifestata sunt. Nunquid
si ius huius conuentus es: Diligas ergo locum in quo
perpetuo es mansurus, eique subuenias in re tam ardua
Que si progressum habebit: proculdubio tu et nos, to-
tusque conuentus mirum in modum ditabimur, quod si nolue-
ris et exire omnino volueris: perfecto in exilium ibis: et
nemo paupertati et inopie tue succurret. Talibus si-
milibusque verbis animum fratris propulsauit tentauitque
d. iii

Cui frater respondit. Nescio quomodo progressum
habere possit quod mecum incepistis: cum ego sim nesci-
us litterarum. ideota et indoctus. Excogitatio autem ve-
stra hec ardua est. grauis et miranda exacto viro ma-
gnanimo et prudenti: qui talia faciat et fingat. ut de fal-
sitate non conuincatur. cui rursus doctor ait. Nec o-
nia antequam tu diceret nos cogitauimus. Si quid oc-
curreret quod scientia egeat: ego doctor in his subuenire
potero. si quid ordinis. auxilium necessarium eueniat. pri-
or in his sollicitam curam geret. si quid erga conuen-
tum acciderit. hinc Superior patrocinabitur. at si quid
vite. lautioris et refectionis corporalis desiderabimus:
ecce presto est procurator. qui et ipse huius rei consci-
us est. Societas ergo tota completa est et perfecta: ita
ut nihil periculi imminere possit: quin eadem obuiari
per nos poterit. Solus tu es cuius opera et auxilium
igemus. Prebe ergo consensum in nostrum propositum
et non erit quo carabis per totam vitam tuam. His
pauper deceptus acquieuit dicitis coram: et consensit in
fraudem faciendam.

Imaginem virginis marie furnisio alijsq;
coloribus plorantem fingerunt.

Postquam autem animum fratris in propositum suum de-
flexerant. in negotij eius manifestationem mentem verterunt
hoc modo auxilium enim cuiusdam Lasari illuministe colo-
rum subtilitate imaginem beate marie virginis. que erat iccle-
sia iporum in quadam capella plorantem fingerunt: fluidas lacrimas
mas depingentes. ac vetulas constituentes: qui maria la-
sari. imantem apud predicatores per ciuitatem exclamarent
Facto ergo mane frater genua fluctens super altare ma-
rie. virginis inuenit est: amplectens imaginem brachio

suis: sicqz immobiliter perseveravit. Ipsi enim fratres clam intromiserant. nam furto clavem acquiserunt sacristano ignorante. Clauserunt deniqz capellam ut miraculose illic deportatus crederetur. Verule ergo edocte rumores huiusmodi de virginis Marie ploratu facilliter commoverunt. factusqz est concursus populi maximus ad ecclesiam eorum. Venerunt quoqz et hi quattuor heresiarche. ac si et ipsi rumore illic aduenissent. sacristano mandantes. ut sacellum aperiat: Qui ingressi alta et intelligibili voce a fratre perquirunt. quomodo huc venisset. aut quisnam eum intromisset. qui prout edoctus fuerat respondit: spiritus sei cuiusdam vehementia illic deportatum illesis claustris. scqz non posse descendere de loco: sed neqz moveri. nisi quattuor ex primoribus civitatis advenirent. et ipse sacramentum corporis Christi sumpisset. Sed et quod dictum horrendum est. doctor Stephanus a tergo imaginis occulte per cannam locutus est. ita ut imago crederet fuisse locuta: Post hec mox duos miserunt ex fratribus suis ad scultetum Rudolphum de Erlach. qui in ecclesia fratrum minorum eo tempore devotioni vacabat. Nam hec eius consuetudo erat singulis diebus summo mane protractius orare: Tunc erant ergo illi ploratum virginis. et fratris ascensum super altare et quomodo descendere nequiret. nisi ipse cum tribus principalioribus veniret. Credidit vir bonus. et assumpto secum equite aurato domino Wilhelmo de diesbach viro docto et strenuo capellam ingressi sunt. quid nam rei ageret visuri. Frater autem eorum presentiam cernens: pacaciter in dictis suis prestavit: et dominus lateraliter loquens qz imaginem virginis complectebatur. ait virginem Mariam ob id plorare: qz obstinati usqz nunc

ei non credidissent: et prophetanti sibi non acquiescēte
Primo ciuitatem subuertendam. propter annuam a re
ge Francie pensionem. Secundo. q̄ fratres minores
non expellerent: aut in alium statum reformarent Ter
tio. q̄ ea teneretur ibi opinio. q̄ virgo Maria sit absq̄
originali peccato concepta. His alijsq̄ commentis fra
ter fraudem negocij colorauit confirmauitq̄. Vult
helmus autem de Diesbach vir multa humanitate in
signis plus ceteris negocij tarditatem et fallaciam sub
tilius notauit: inquiens. Ego non video virginem plorā
tem Quibus dictis tacuit. et alia in corde suo retinuit
Ultimo frater ait: Ego a loco moueri non potero. nī
si prius sumpto corpore domini nostri Jesu Christi. qui
mox hostiam illi obtulerunt rubricatam. Quam frater
recipere renuit. venenatam suspicans: et alcā postula
uit. Chorū ergo ingressi aliam particulam attulerūt. of
ferentes illam lateraliter sumendā. q̄ se non posse moue
re simulauit Qua sumpta descendit. ac cū fratribus p
cessionaliter Chorū intrans. ad mediū altaris maioris
supra terram ad modū crucis ab eis collocatus est. In
introitu autē ante rubricatam hostiam. Tantū ergo sa
cramentū decantantes: benedictione data omnes domū
abierunt: Scultetus tamen dominus Rudolphus de
Erlach negocium ex eo credidit suspectū. q̄ a latere. nō
versus ad sacramentū frater communicauerat: cū con
stat corpus dominicū plus imagine virginis esse vene
randū. sed dixit. Ego os meum in celum non ponam
et cū miraculis diuinis verbo non iocabor incredulo
Anteq̄ tñ dñi abscesserant patribus dixerūt. ne in hoc
negocio tam arduo precipitanter ageretur. donec et ip
si deliberassent quid hoc facto opus esset. Quo domū

noūprecepto non obstante. tanta peregrinatio ad ima-
ginem plorantem exorta est. ut n. iraculum mihi subit
vnde tantus populus tam cito fuerit excitatus. Sed
Vergiliū loquar de fama: pedes accurit cundo: et pa-
riter facta atq; infecta canebat: videntes autem here-
tici nequissimi. se creditū habere vulgi sanguinē ex vi-
tro. de quo supra habita est mentio. guttatim diuiser-
unt in panniculis mundis. principibus et dominis il-
lū mittentes loco doni diuini tanq; miraculosum ex-
hostia defluxum. Quos hoc facio munere honora-
runt. qui omnes fraude comperta panniculos cū cus-
tulis combuscunt.

Vitam tam arctam et anxiam frater
vltro tolerare noluit.

¶ At vero quattuor illi heresiarche omne huius negotij
fundamentū in fratre videntes collocatū: cer. suo
inito. multa eidem ieiunia indixerūt seruanda. cū absti-
nentijs varijs ac disciplinis inhumanis. in hunc finem
vt his macer corpore fieret: et a vulgo ob nimiam diuotio-
nē religionēq; illa macies estimaretur illi uenire. Frater
autē promissi nō oblitus. qm̄ in fraudē consensit ubi mul-
ta ei solatia in victu et alijs polliciti fuerāt. fide fragis fi-
dem nō esse seruandā credidit. et de illis quattuor in omni-
bus dubitare cepit. timuitq; ne qm̄ toxico periret. furtim
et occulte facta eorū explorabat quid tandē in hac re fa-
turi foret: Vna ergo noctū abscondit se frater: sciēs illos
quattuor cōgregatos. nihilq; mali suspiciās intrepidē igres-
sus ē ad eos sperās cū et ipse fraudis esset cōsciūs sese ad
eorū societate pertinere. inuenitq; illos mō valde illicito.
seculari vestimento. indutos se serico qd ipse religionem
intrans attulerat. assidebant quoq; et mulieres. Quē

omnes de fratris presentia territi et commoti aufugerunt
Doctore solo fratri dicente. Noli scandalisari frater.
quia sunt sorores mee. quo dicto et ipse recessit. Frater
autem ut vidit se spretum. et quod cum illis non esset societatem ha-
biturus indignabundus statuit ordinem illum derelinque-
re. et ad seculum redire. Sciens nihilominus illos congre-
gatos clam appropinquavit. Audiensque illos de se loqui
proximus declinavit: diligenter auditur? si quid mali
de eo loquerentur. Ipse autem audiuit illos determinasse. quod
cum essent occisuri. De modo tamen inferende mortis di-
uersa apud eos erat sententia illo dicente. quod submergere
est in piscina eorum: aut alia aqua. alioque veneno et toxico
periret. Clausum tamen est. ut veneno diem clauderet.
Quod primo tentauerunt illi in ossa dare. At frater quod
id omne eorum consilium audierat sciens sibi parari necesse
esset ossam comedere tardauit donec accesserat suppurior quam
illam attulerat. Videns ergo oculis venenum viride ossam
quinque lupulis quibus nutriebant ante fenestram effudit.
quam cum comedissent mox curruerunt mortui. Videntes
ergo se nihil profecisse aliquod arraneas pastas cauli-
bus suis immiscuerunt et comedens miraculose preserua-
tus est. Putantes autem venenum non suffecisse. sed nimis de-
bile simile catto dederunt qui mox cecidit mortuus. Tan-
dem hostiam sacramenti toxicatam eidem venienti vio-
lenter in guttur eius intruserunt. quam frater euomit
super scabellum. Hanc mox in fornacem cum scabello
proiecerunt. Ignis autem illesa hostia tantum terrorem incus-
sit: creatura irrationalis creatori reuerentiam prebens.
Nam scabellum hinc atque illinc saltabat: ita quod aperte
fuit conspicere miraculum omnipotentis dei. ac misericor-
dialis patris admonitionem. Nam et ipse met digitum

dei videntes dixerunt. *S* vult vults hand vult gethon
Quod sonat. *S* quidnam fecimus. Cognouerunt de
licium. sed non exposcebant veniam. *S* peruersa temeri
tas et illaudata presumpcio audere id quidem a quibus
thureus ipse abstineret. Sed ad historiam redeo. Quae
tuor isti scelerosi patres postquam viderunt se non posse co
mode fratrem extinguere. quod ad aliorum noticiam non
perueniret: fratrem ad iurandum coartarunt: circumdan
tes illi cathenam ferream. corpus eius intollerabiliter
cruciantem. Forcipibus corporis portiones et partes
extraxerunt. Ideo autem eum sic cruciarunt ac tantas
intulerunt penas: quod frater ipse maximo quo potuit iu
ramento sponderet se negocium hoc non proditurum quod
et fecit. Qui fide accepta quiescerunt ad tempus: spe
rantes fratrem seruaturum quod in passione promiserat.
Frater autem commoditate habita aufugit: et remon
nem consulatui detexit. atque fraudem manifestavit vo
cati sunt ergo ad consulatum. ut frater coram eis loque
retur: qui intrepidus omnia sua dicta repetiuit et eos
de tanta heresi et nequitia accusauit. Domini vero vi
sunt prudentissimi. manus in clerum hoc est in illos quat
tuor non iniecerunt. sed domum ire iusserunt: fratrem in
crepantes quod mentiret: nam ipsi scirent quod boni et iusti
essent patres: et nunquam credituri essent de eis tanta ma
la. Fecit autem id consulatus: ne quattuor illi indignatio
nem eorum notantes aufugissent. *N*ihilominus omnes
in eam sententiam deuenere: se nunquam credituros. fratrem
tam simplicem. et tam ardua sine eorum adiutorio et in
formatione tentauisse. *I*nterim dum haec agunt hi pa
tres quos de obseruancia nuncupant. comitum suis
confratribus vi arripiunt: et alios de familia dictos ex

pellunt in ciuitate Sleestattenfi. Quo habito prouinci-
alis eorum pro illius conuentus confirmatione mittit
doctorem Stephanū. et Franciscū vlschi heresiarchas
nequissimos. qui libenter acquieuerūt. sperantes in eo-
rum absentia famam de eorum negotio quiescere et mi-
nui Nam tota nedum ciuitas sed patria hac eorum ne-
quicia erat repletissima.

¶ Capiunt quattuor pseudo patres et
per Gordas torquent.

¶ Proficiscētibus aut illis Romam frater capitur. mie-
titurq; diocesano Larianensi. vt et ipse inquirat: et
vt ordinarius consulat: adiutorium prestat: et quid sit
faciendū decernat. Examinato autem fratre. remisit eū
dominis consulibus ciuitatis Bernē. Qui eū satis hu-
maniter tractarūt. ne dum captus sciretur aufugerēt
negocij tractatores. Reuersi sunt tandem ex romana
curia illo missi patres. et per multos admoniti ne ber-
nam intrare temerarent. Sed putantes illesi euadere
Bernam venerūt. inueneruntq; illic duos sui ordinis
nequā viros: Wernherū priorem Basiliensem. et Pau-
lū hug hypocritā nequissimū. qui prouinciā defendendū
hoc negociū susceperant. a Prouinciali suo sceleris con-
scio missi Non per singulos actus discurre. sed rem sū-
marie pando. et vt infelicis historie semel finem facia-
Capti sunt omnes quinq; hoc modo Misit post illos
prouidus bernensis consulatus vt ad accusata respon-
derent: que coram eis palam sunt lecta. Ipsi autē res-
ponderūt taliter qualiter. Hoc est aduerbialiter male fecit
pessime. Decretum est: vt frater custodie ciuitatis de-
putaretur. illi autem quattuor compedibus ferreis de-
tinerentur singuli in singulis locis. ne de aliquo respon-

fronis et fictionis commento conuenirent. Deputatiq;
sunt unicuiq; duo custodes in conuentu eorum illos cu-
stodientes in expensis conuentus. Fueruntq; conscri-
pta omnia elenodia . omnes census et redditus conuen-
tus a dominis ipsis. Adiciturq; Romam legatio ad
summū pontificem vt negotio consulat . atq; iusticiam
exequatur. Serunt . legationem hanc per longa tem-
pora impeditam . ne res tanti sceleris ad summū pontifi-
cem deueniret. Preualuit tandem legatio et cū cōmissioe
Bernā reuersa est. Erant aut cōmissarij epūs lausanicū
diocesanus . epūs Valesij . cū prouinciali ordinis predica-
torū . qui vocati Bernam ueniūt Statuto ergo die du-
cti sunt hī quattuor in preposituram ciuitatis . et in p-
sencia commissariorū . et quorūdam consulū per torturā
quesiti . miranda dixerunt : que nefas est hominem co-
gitare . que et hie tacita sunt ob cleri reuerentiam . et sa-
cerdocij dignitatem . prouincialis autem cernens docto-
rem Stephanū ad cordas trahi . signū ei dedit : digitiū la-
bijs suis supraponens : illi tacendum esse significans .
Quod vnus ex ipsis aduertens . eū exire precepit Ipse
autē sibimet timens . qz consciū eū fuisse haud ambigē
ausugit et constantiam ueniens pre tristitia mortuus
est : et apud predicatores sepultus . quem iustus flāma
consumpsisset . qz corroderent vermes . Mittūt ergo ro-
mam omnia illorū confessata ex postulatq; amplior in
eos cōmissio . et auctoritas maior . Que legatio etiā lon-
go tempore in romana curia durauit

Confessata fratris.

Tardate autem legatione Rome . et frater ipse ad
cordas tractus sequētia cōfessus est sumarie et in com-
muni descripta . **P**rimo . qz eū ad ordinē . recipere recis-

e ij

fariat. nisi audita prius opulencia eius. Nam quinque
ginta tres florenos. cum pannis sericis secum attulerat.
que si non habuisset. pro nullo petitione receptus fuis-
set. ¶ Secundo franciscus vlschi Supprior apparuit
mibi semel noctu. personam Marie virginis gerens:
reuelauitque mihi illa apparitione. se esse conceptam si-
ne originali peccato. De quo postea penitentes varijs
medijs oppositum meis auribus inculcare tentauerunt.
Illustreque mihi supprior sepius varijs apparitionibus
arte necromancie. vt firmiter credo nam illam artum
nouit. ¶ Tertio Prior vna cum alijs sepius mihi in
persona virginis Marie apparuerunt cum corona. cum
vitro sanguinis pleno. et eucharistie sacramento: infor-
mantes me. ciuitatem hanc subuertendam. et qd virgo
maria in peccato originali fuerit concepta. Ego autem
prime apparitionis reuelationi steti: non esse conceptam
in originali peccato. Ideo me vsqz ad mortem sunt per-
secuti. ¶ Quarto ego in vna apparitionum virginem
Mariam gladio seu cultello meo vulneraui. que scutel-
lam stagnem contra me iecit. Id autem feci: quia con-
naretur me a proposito mundi conceptionis auertere.
¶ Quinto franciscus vlschi apparuit semel mihi per-
sonam gerens Catharine senensis. que dixit sibi reue-
latum. virginem Mariam in originali peccato conceptam
Ego autem firmiter credo. qd mulierum illam alioquin
credulam deceperunt in suis reuelationibus et stigmati-
bus. sicut et mihi fecerunt. Parsens inqz negocium in te-
stis precedentium. ¶ Sexto Doctor Stephanus in tribus
annis nunquam fuit in matutinis. ¶ Septimo Inueni vna
noctium Priorum. Doctorem Suppriorum et Procurato-
rum congregatos: ac seculariter indutos ex serico qd

ego mecum et tuleram se ater induendus. Sedebant cum
mulieribus. vino et carnibus indulgentes. Ego vero quia
improvisus aderam territi omnes ausu erunt. Doctor
tamen ad me dixit. Noli frater scandalisari. sorores tuas
mee sunt. Verum dixit lector amice. ex Eva enim ma-
tre unica omne mortaliu genus propagatum est. ¶ De
tato Prouincialis Bernam venit ad Capitulum gene-
rale profecturus. qui multa mecum collocutus. man-
davit mihi. his quattuor patribus in omnibus obedire
nam et ipse conscius fuit huius negocii miraculo. ¶
¶ Nono a casu semel veni in cameram doctoris Ste-
phani. qui ut mulier indutus erat: sicut et mihi in per-
sona virginis Marie sepius apparuerant. Hinc suspiti-
onem accepi. omnes alias apparitiones. fuisse falsas et
excogitatas. ¶ Decimo Franciscus vischii is est qui noctu
in persona Marie virginis ad me veniens. primu vul-
nus in manu meaz dexteram incussit. ¶ Undecimo fra-
nciscus vischii aquam nouit conficere. reddentem me im-
mobilem. et omni sensu priuantem in qua erant. xix. cri-
nes superciliu cuiusdam iudei nouiter nati: et sanguis
cius ex umbilico. scdm quem numeru criniu totidem de-
demones in aquam illam coniuuauit qui me tenuerunt
inmobilem: Crines hos et sanguine illu habuerunt ex
quodam Lasaro illuminista. qui in specie mulieris obste-
triciis gessit officiu in ciuitate Bambergensi vbi illa ac-
cepit. Ego vero hac aqua potata. iacine exanimis dic-
tus sum ab eis ex virtute passionis Christi talia mihi
tuenire. ¶ Duodecimo. Ego hac aqua potata colloca-
tus sum ab eis super altare beate virginis Marie. si-
cut vidistis. et virtute acue dimoueri non poteram. Et
quicquid de fletu virginis marie predixeram. ab eis edo-

etus dixi. ¶ Xij. Audiuī illos quattuor p̄sclā cōiuraf
se de p̄sequendo ac tacēdo hāc eām vsqz in mortē ¶ De
cimo quarto. Audiuī in secreto loco consiliū eorū. de suf
focando me per venenū Dinc nec intoxicatā offā come
dere nec venenatas hostias fumere volui. ¶ Xv. Vē ne
gociū cōtra minores excogitatū est et in conceptionē im
maculatā gloriose v̄ginis marie vt dcleret. ideo ⁊ me vul
neratū fecerūt in p̄iudiciū fratrū minorū ¶ Sedecimo
Quod ego dixi ciuitatē Bernēsem subuertendā: pro
pter annuā registrācie pensionē. et p̄pter fratres nano
res. et p̄pter eorū opinionē de cōceptione Brē marie vie
ginis: iussus ab eis omnia dixi ¶ Decimosextimo Fran
ciscus v̄sbi sup̄rior. arte necromancie facere nouit: q̄
omnis mulier quā manusua contingere potest volunta
ti sue obsequatur. Estqz furatus quingentas libras pe
cuniarū. ¶ Decimo octauo noueritis. hos quattuor cle
nodia Marie virgini abstulisse et furatos. Dederūtqz
mihī aliqua minutula parua. vti dicebant pro ornatur
camere mee. facientes hoc in cartelam q̄ me de toto fur
to accusarent. quia hec parua meōū comperta fuissent.
¶ Decimo nono. Casarus illuminista subtilitate colo
rū. virginis Marie imaginem plorantem depinxit. S̄
militer et sanguinem fecit. quem in persona virginis
Marie mihī presentarunt. ⁊ hinc inde magnatibus trās
miserunt ¶ Vicesimo. Illi quattuor timentes me ali
quando fraudem hanc manifestaturum. ter me vene
no occidere tentauerunt. Primo in offa. Secundo in
caulisbus cuius aliquot araneis pastis. Vidētes aut̄ a deo
me p̄seruatū. suspicati sunt araneas nō sufficere: et vene
nū nimis debile fuisse. qđ experiebāt simile dātes catto:
qui mox extinctus est Tercio in venerabili sacramento

in Caristie. Sz custodiuit me hucusqz diuina clemētia
¶ Legatio a romano pōtifice mittit ex
aminatur. degradat. comburūt.

Venit interea legatio altera et vltima a ro. pon. max.
imo cū plenitudine potestatis. Achilles episcopus Castel
le vir omnium peritissimus. qui Bernam vna cum alijs
duobus concommisarijs venientes. totum negocium
cū certis adiunctis sibi consulib' examinarūt. et diligētē
ssime perquiruerūt qui toto negotio cognito. iudicarūt
non esse bonum neqz vtile: vt eorum confessata publi
carentur: consulatui supplicarunt. vt petitioni eorum
acquiescerent. q' confessata per eos solum scirentur. Id
cum dominis displicuisset. conuentum est. vt octo diū
taxat illam audirent. scirent. silerent. Nihilominus vt
et populo satisfieret. legere publicè aliqui articu
li igne et morte digni. ¶ Estqz primo manifeste lectū
quomodo hi quattuor presentes malefactores quondā
de ordine predicatorū existentes in ignem adiudicati fu
erint. Primo quia deum abnegauerunt. Secundo. ve
nerabile sacramentum corporis et sanguinis domini no
stri Jesu Christi rubricarunt et depinxerunt. Tertio. q'
imaginem virginis gloriose plorantem sinterunt. Et
quarto q' vulneribus redemptionis nostre illudentes:
fratrem quinqz vulneribus in signauerunt. Hi sunt q't
tuor principales articuli publice lecti. ut populo satis
fieret. propter quos igni sunt adiudicati. ¶ Anteqz ta
men cōburerent in medio ciuitatis cū maxia solēnitate
degradati sūt per achilē epūz castelle. hui' negocii pūcipa
lem cōmissarium. In qua degradatōe tantus fuit po
pulus. et innumerabilis multitudo: vt miraculū mihi sub
it. vnde tū omnes venerint ad hoc spectaculū euocati.

Exiit autē habitu ordinis .et clericali ac sacerdota'i ve
stimento priuati traditi sunt potestate seculariū .cū inter
cessione episcoporumq; o's reuerentiam omnipotentis d'i
et sacerdotalis dignitatis .nihil crudele in eos exercerent
sicut in hisce rebus fieri solet .Ad captiuitatem ergo Pre
positure reducti sunt .Et post dies octo extra ciuitatem
in quodam prato .trans Aratum lamentabiliter combus
sti sunt Cineres quoq; in fluentem aquam iniecti ne for
tasse quid superstitionis hinc oriret . aut pro sanctis reli
quijs mentiretur : ut nūc eheu proclamāt : q' martyres
fuerunt : iniuste cōbusti . et innocenter oppressi . O quis
rumor et que mendax predicatio . ¶ Voluit me rem ve
eram summarie describere . ne tam nequiter et heretice
sacrosancta sedes apostolica . de innocentium oppressione
proclametur et accusaretur . Sacro predicatorū ordi
ni nihil intulimus iniurie aut contumelie . Hereticos vi
uentes . mendacii predicatores . et sedis apostolice contē
ptores . sumus persecuti . ¶ Vale lector amice
moneatq; te hec infelix et miseranda historia : sacratis
simam virginem Mariam absq; omni delicto parentū
credere conceptam fuisse :

¶ Dignare me laudare te virgo sacrata .
Da mihi virtutē contra hostes tuos :

Ad Lectorem

Pseudo patrum quorundam miram dissimulatamque
hypocrisim humanissime Lector. vel hoc vno perdis-
cas. q. ubi clare veritati obiectionem ponere nequeant cuius
vulgus ipsum. cum parvulis etiam balbutientibus vno ore
concinat: quattuor illos heresiarchas Berne vulcano.
absumptos. ob Marie decoris mundi tentatam obfusca-
tionem: conantur tamen magnatum capita. civitatum con-
sularum vel obsecrationibus subvertere: vel excoGITa-
tis denuo fixationibus inducere: quo virginis cando-
ris triumphus sat paucis pateat. Liceat hic citra livorem
verum fateri: tales prope modum emulari eos. veiores quos
illis esse qui proprium errorem defendere studet. Nimirum
tangit se somniant aliena veritate ut propria: scilicet san-
ctiori munere gaudeat eorundem religiosa observantia
Christi collegio: quod quantumvis exile. nec tamen Pe-
tro abnegatore. nec iuda proditore. addam. nec discipulis
omnibus profugis caruit. Discat humilius honori suo
deferre. Succubuit namque maculistarum. quicumque sint.
sa hinc machina

Jam senio exanguis frigidus sua robora sensim
Perdit: et amissa iam maiestate recedit
Sponte sua: ceditque novo Latonia Phebo.
Tu ergo lector gratus: libellum hunc in honorem dei hinc
purissime virginis et matris eiusdem singulare preconium.
ac sedis apostolice. Julij inquam pastoris secundi de-
fensionem. contra veritatis inimicos studiosius exa-
mina. lege. sparge. publica. dignum demum pronepotum
manibus tractari. Vale.

fi



¶ Ad magnificum et nobilem virum dominum Adal-
bertum de rotperg insignis ecclesie Basiliensis Deca-
ni pro virginis conceptionis defensione contraqz ma-
culistarum virginis marie furorum Inuectio Sebastis
¶ te cultore scio virginis intemerate (Ani Brant
Huius. ¶ laudes multiplicare studes
Decane o prestans: de Rotberg mitis Adelberg
¶ Qui decus patrie es: presidiumqz meū
Hinc tibi que nuper pro virgine sumpsimus arma
Offer te institui: dedico et illa tibi
¶ Ut plane: indolui qz nuper: noscere possis
Cū maculistarum mentio nostra foret
¶ Queqz ex ore tuo pater o celeberrime sumpsi
Hec repetita meo carmine. verba cape
¶ Da veni a. furis nunqz maioribus acto
Sed tamē. ut iustis: sic qz perpetuis
¶ Tuqz molest' eras. anemini. contra hos maculistas
Hostem affirmabas te fore semper cis
¶ Anūc. auscultes trāquilla mente canenti
Sic satis insana me modo naye ychi

I Sentibus . verticis . spinis . tribulis . et actantis
Imprecor horrescas improba lingua velim
Que temere hoc audes : conceptū dicere matris
Christifere : macula non caruisse sua
Dicitō quadrupedans heus Bestia : quur sapere ausis
Plus . q̄z doctorū tā miseranda cohors :
An ne putans . Thomā . doctus licet . anteferendū
Ecclesie : aut tantis patribus omnigenis :
Ile quidē id renuit . sed non temerare putabat
Virginē . errabat vir bonus ille . decus
Erratqz sui veniam . sic credimus . inde
Obtineret meruit tantū abolere nefas
Hūc tamen et Thomā quodā dixisse libello
Comperio . scripti parte priore sui
Quod deus : haud matrem posse fecisse mariam
Quo melior fieret : clarior atqz foret
Tanto etem decuit matrem esse nitore serenanti
Quo fulgere magis sub deitate nequit
Ferre creature quicquid deus vsqz valebat
Pure : hoc in matrem contulit ipse suam
quis potuisse deum . nisi maculista . negavit
Sic deus omnipotens . non erit omne potens
Tu decreta patrum contra . Synodum et generalem
Pollutis blactras . verba nefanda . genis
Multorum extollis stolidorum dicta virorum
quā tibi sunt habitū . stulticiaqz pares
At bene si memoras alios : dic : quis tamen vnqz
Dixerit hoc doctus : siue homo catholicus
An vobis fidei plus sit . q̄z parisiensi
Gymnasio : doctis nulle aliisqz viris
Ecclesia hoc Romana tenet . celebratqz per orbis
f i

Clinata: quãq; sequi mēbra minora decet:
Hoc tenet (exceptis maculistis) religio omnis:
Presbiteri: atq; senes: hoc pia turba tenet
Hoc sacra pontificū deuotio laudat: et auget
His meritis. et ueniam: qui simul illa tenent:
Hoc omnis tenet: auster item: septemq; triones:
Hoc tenet occidue lector ubiq; schole
Nostra vel hinc meruit famā Basilea perhennem:
Concepte matris que bene clausit opus
Quo fit: ut haud matrē ledas modo: sed Basileam
Polluis: et laudem subtrahis inde bonam
Pontificem nescis Nicolaum cuncta p̄basse
In synodo expedit que basilea prius:
Sed facile hoc nescis. qui nū didicisse uideris
Quā scloppo matrē comma culare piam
Rubra utinā hvesi lepra maculeris: ea ve
Quā moysi timero pertulit ore soror
Quid iuuat intacte conceptū ab origine matris
Sedare: et macula poluere. oro. graui
Cur maculista placet tibi et hec tam scua libido
Impetere. hanc uerbis gerrule patthenicis
Crede mihi. expectat tandē uindicta tonantis:
Suppliciuq; decens. teq; tibi parcs
Si nescis q̄ sit durū conuinnere diuos:
Tantal⁹. Ixion. Sisyphus illa docent
Addo alios. c. uorū malisuada audacia. penas
Hac illa pre re senserat esse grauis
Si nihil exhortes: Salmonius fulmine flagrans
Te mou. at saltem. fara uel enceladi
Penaq; si de fit: rogo que. tam dira voluptas:
Velle tuis uerbis commaculare dium:

Afferere attentas, quæ non potuisse parentem
A scelere innoxiam continuisse suam.
Esto etiã ut reris: sint argumenta probata
Vel tua: cõcludat: solvere nemo queat.
Quid tamen edificat nodos strinxisse popello.
Solis cõueniunt garrula verba scholis.
Luget ad hec populus: cuius pars: vero fatendo:
Verdace et vanũ, te stolidũq; vocat
Nonne omni crescit maior deuotio plebi
Si (velut est, xgo hec) nõ maculata manet:
Sed scio quid lateat, tibi mens est, velle videri
Perfidie semen spargere in ecclesia
Sorte putas solito matrem pepulisse sacro
Hucq; alicuẽ ex monachis ponere posse tuis
Aut igitur solus sapias, et gens omnis aberrat
Aut tu solus, ut es, stultior illa facis
Nimirũ, hic ferus est, vnas depastus amenas
Ecclesie ratq; illi figere velle rugam
Gracia in exemplũ veniat: que multa scorsum
Dũ seruare cupit: funditus interit.
Fama est, saluifici templi perisse magistros:
Dũ noua sic trant: scindere seq; parant.
Vnde ordo e medio is, cessat sublatus, at olim
Possectiã fieri: vel tibi et ista, time.
An te cuculla, deus induit: vt genitricem
Es purcidico ledas ore proterua pecus:
An ne idco cellam ingressus: caminator vt esse,
Virgineet laudis verfor, aselle miser:
Huc pperate cito pueri: deest hos maculistas
Virginie, a cathedra deiecerinq; lutũ.
Quos maculã, intacte iuuat inpinxisse parentis

Fecibus hi digni sunt. macula. atq; luto
zelote o matris iextra. intestina. lyenes.
Proiicite in rabidos. putredaq; oua. canes
Quid tamen a solidis fieri hec paciemur multa
De ymipilus matris nemo velesse volet:
Quin agite o ciues. tantū defendere honorem
Concepte matris. vulnera ad vsq; decet.
qui temere hanc tangit. celestem furcifer archam
Per oze. atq; abyron. fiat et allophilis
Sive igitur monachus. seu sis latrator. anubis:
Sis tibi cerbereus. tempus in omne. cibus
queq; prometheo volueris. Titio ve cohereta
Hec lacerat vobis. labra proterua suo
Iurbitū in cella. sordes defleto paternas
Et ppiū crimen. perfidiamq; gemas
Cumq; tibi subeat caste conceptio matris:
Cōtinuo. sceleris mencio nulla. velim
Velle dei. et meritam. sit pro vatione. parentis
Si nullaresse satis par tibi causa potest
Cum tamen et sub sit mihi demonstracio pregnantis
Et racio. quam non carmina sola ferunt
Hanc tamen ex Sette. stat doctissimus ille iacobus
carminē depromsit iam. satis atq; super
Et lapidatus item doctor venerandus in euum
carthuse expressit hasq; aliasq; prosa
Nos legeret ex illis. disce o maculista. vereri
Conceptum matris. penite atq; precor
Postmodo. ne cesses. in te mihi seuus iambus
Ibit. et. Ar. Silo. Ho. me experiere parem



Que tibi diua miser Christifera carmina lusi
Celicolisq; alijs: suscipe grata velim
Et mihi pro reliquis erratibus optima virgo
Exores venia: criminibusq; precor
Nam pro laude tuo nati superiq; tonantis
Cuncta hec concinui, q; liber iste tenet



Quod si dicitur in scripturis
et in libro sapientie
et in libro regum
et in libro iudicum
et in libro ieremie
et in libro ezechie
et in libro danielis
et in libro iob
et in libro psalms
et in libro prophetarum
et in libro sapientie
et in libro regum
et in libro iudicum
et in libro ieremie
et in libro ezechie
et in libro danielis
et in libro iob
et in libro psalms
et in libro prophetarum



80 * 1025

ULB Halle

002 617 838

3





Hex minuta nomen tui :-)

De quatuor heresiarchis

ordinis Predicatorum de Obser-

uantia nuncupatorū . apud

Suitēses in ciuitate Ber-

nensi cōbustis . An-

no Christi

M. D. XX.

*A
M.*



Ad Joannē Scotū doc. subtilē.
Concepta est virgo pami sine labe parentis
Hic tulit. hic heresi prelia dira dedit:
Inde gen^o meriti tantū sibi papa refundens.
Doctor subtilis dicitur utqz dedit.

Joan Gasparis maffeyensis Canonici p 1576